



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

Sechs und Dreyßigstes Buch.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.
Januar.

Ihrer Churfürstlichen Durchlauchtigkeit für allerhöchst ernannte Ihre Kayserliche Majestät beschehen, und practirt worden, benanntlich 33000. sieben und dreyßig einen halben Gulden, für Achthundert ein und achtzig Gulden, jeden zu sieben und dreyßig und einen halben Gulden gerechnet, und denen bey der Mauth Pfandschafft Amt Tarvis über Abzug Ihrer Churfürstlichen Durchlauchtigkeit gebührenden jährlichen Interesse verbleibenden gangen Ueberschuß, durch die Mauth Amt-Leute daselbst nach und nach, wie die Befehl eingehen, ohne weiters Interesse ordentlich und gewiß abgestattet werden solle.

1648.
Januar.

10) Ferner gestalt lassen es Ihre Kayserliche Majestät bey denen für die 3 Monath, als Octobr. Novembr. und Decembr. nächsthin versprochenen 10000. Fl. und wollen Ihre Kayserliche Majestät jetzt alsbald zu Wien bey den Wertemännlichen Handels-Leuten den Anweisz thun, massen allbereit darüber die gehdrige Verordnung gethan worden.

11) Was aber die übrigen 60000. Fl. anbelangt, lassen es Ihre Kayserliche Majestät bey dem Verlaß verbleiben, daß davon 20000. Fl. vor die Ihrer Churfürstlichen Durchlauchtigkeit anvertraute Reichs-Armada, mittelst erfolgte Proviant in Tausch abgezogen, und dasjenige Proviant, welches sowol zu Ihrer Kayserlichen Majestät Erb-Königreich Böhem als im Reich empfangen, Krafft obangezogenen Recess compensiret werden solle, die andere 40000. Fl. aber wollen Sie mehr höchstgedachter Churfürstlichen Durchlauchtigkeit gleichfalls aus dem Ueberschuß bey besagter Mauth Tarvis, wie bey dem ersten Post bereit hieroben vermeldet, würcklich bezahlen lassen.

12) Betreffend endlich die präterendirende Remontirung der 660. Reuter, welche Ihre Kayserliche Majestät, Krafft des Reconjunctions-Recess, über sich genommen, wollen Ihre Kayserliche Majestät der Churfürstlichen Durchlauchtigkeit dafür 33000. Fl. bezahlen, und die Bezahlung auf dem Pfandschafft Amt Tarvis und ihren allda habenden Ueberschuß, wie oben gemeldet, verweisen lassen.

13) Wollen und sollen Kayserliche Majestät Dero Immediat-Armada also vorderlich remontiren, armiren und aller Nothdurfft nach versehen, daß man den Feind Menschmöglicher Bernunft und Vermögenheit nach, genugsam Wiederstand thun, auch Ihre Kayserlichen Majestät auch Churfürstlicher Durchlauchtigkeit Lande vor feindlicher Gewalt beschützen, oder aber auch die Feinde von des Reichs Boden ganz abtreiben und desto ehender den Frieden erlangen könnte. Und weilen wegen Conclusion und Subscriptio dieses Recess der Churfürstlichen Durchlauchtigkeit Deputatus sich dahin erkläret, daß er befehliget seye, alles auf Ratification Ihrer Churfürstlichen Durchlauchtigkeit zu subsigniren, also bleibt es an Seiten Ihre Kayserlichen Majestät bey obgedachtem Recess, wann anderst Ihre Churfürstliche Durchlauchtigkeit solchen auch ihres Orts ratificiren, alles getreulich und ohne Gefährde. Actum Prag den 24. Febr. 1648.

Summarischer Inhalt

des

Sechs und Dreyßigsten Buchs.

§. I. Die Kayserliche Gesandten verfassen zweyerley Projecten eines *Instrumenti Pacis cum Gallis*; Ursache davon, wegen des Päpstlichen *Nuntii* genommenen Anstand bey dem *puncto Gravaminum N. I.* Fünfter Theil.

Formula des Kayserlichen *Instrumenti Pacis cum Gallis.*

§. II. Die Franzosen verziehen mit ihrem *Gegen-Projecte*; Stellen aber solches endlich aus, und publiciren es im

im Druck. N. I. *Formula Instrumenti Pacis à Gallis exhibiti 1647.*

§. III. Vergleichung des Französischen Satisfactionspuncts. N. I. *Formula Transactionis de Satisfactione Gallie.* N. II. *Formula Cessionis Casarea respectu Provinciarum Corona Gallie cessarum.*

IV. Von der Stadt Straßburg und der zehen Elßasischen Reichs-Städte Erhaltung bey ihrer

Reichs-Immediatät. N. I. II. Derselben *Memorialis* in hac materia.

§. V. Frankreich will Elßas als ein Lehen vom Reich haben. Ursachen, weswegen Elßas nicht gänglich vom Reich zu trennen. N. I. *Rationes, quibus contenditur, Alsatiam ab Imperio R. Germ. non esse separandam.*

1647.
Junius.

Sechs und Dreyßigstes Buch.

1647
Junius.

§. I.

Die Kayserlichen verfaßten zweyerley Projecten vom Instrumento Pacis mit der Cron Frankreich.

Es ist im Vierdten Theil dieses Wercks, im XXX. Buch, §. II. p. 557. angeführt worden, welchergestalt die Kayserliche Gesandten, am 7. Jun. 1647. ihr *Instrumentum Pacis cum Gallis*, denen Mediatoribus eingeliefert hatten, damit diese selbiges den Franzosen, zur nöthigen Erinnerung, behändigen möchten. Sie hatten aber zweyerley Projecten gefertigt, in deren einem alle Reichs-Sachen, *tam quoad Ecclesiastica quam Politica*, mit begriffen, in dem andern aber dieselbe darum übergangen und ausgelassen gewesen, weil der Päpstliche Nuntius den punctum

Gravaminum zu unterschreiben Bedencken truge; daher sich beyde Cronen dergestalt unter einander verglichen, daß es zwar bey dem, was diesfalls abgehandelt sey, ohnveränderlich zu lassen wäre; es sey aber in demjenigen Exemplar, welches der Päpstliche Nuntius unterschreiben würde, die Clausul anzufügen: Daß alle übrige in dem andern Instrument enthaltene Puncten, nichts desto weniger gelten und eben so kräftig seyn solten, ob wären sie selbst wörtlich einverleibt; Und lautete solches von den Kayserlichen Gesandten projectirte *Instrumentum* also:

Wegen des Päpstlichen Nuntii.

Formula des Kayserlichen Instrumenti Pacis cum Gallis.

Projectum Instrumenti Pacis Casarei cum Gallis.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS Amen.

Notum sit omnibus & singulis præsentis literas inspecturis aut legi audituris, quod cum ob natum in Sacro Romano Imperio Germanicæ Nationis annis ab hinc circiter viginti sex civile & internum bellum, cui deinde Exteri quoque Reges & Principes accefferunt, non solum totam Germaniam, verum etiam alias Europæ Provincias Christiani nominis maximis calamitatibus affici contigerit, atque inter Augustissimum quondam Romanorum Imperatorem Dominum Ferdinandum II. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Slavoniæ &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ &c. Comitem Tyrolis &c. pientissimæ ac gloriosissimæ memoriæ, ejusque socios & assistentes ex una, & Serenissimum ac Potentissimum quondam Principem, Dominum Ludovicum XIII. Galliarum Regem Christianissimum, felicitatis recordationis, ejusque Confæderatos & Adhærentes ex altera parte, satis diu armis acerrime decertatum plurimumque sanguinis Christiani effusum, & bellum hoc in eorundem Successores, Augustissimum scilicet modernum Imperatorem Dominum Ferdinandum III. ejusque Confæderatos & Adhærentes devolutum & in hodiernum usque diem continuatum sit, tandem divina bonitate Regum corda moyente factum, ut de Pace Universalis inter Christianos Principes restauranda serâ cogitatio suscepta, atque per Conventionem ea de re Hamburgi partium intervenien-

1647.
Junius.

venientium consensu die 17 Decembris, Anno 1641. initam, Monasterii & Os-
nabrugis Westphalorum publicus Congressus institutus fuerit, cui quidem
Conuentui inter Imperatorem & Regem Galliarum Monasterii specialiter in-
stituto, Sanctissimus Dominus Noster, Dominus Innocentius X. ad contestan-
dam suam paternam pro Christianæ Reipublicæ tranquillitate & concordia
solicitudinem, Nuncium suum Apostolicum cum potestate Legati ad Tra-
ctum Rheni aliasque partes Inferioris Germaniæ, Illustrissimum & Reverendis-
simum Dominum Fabium Chisum, Episcopum Neritonensem, jam ante à fe-
licis recordationis Papa Urbano Octavo huic negotio destinatum, Serenissi-
ma item Respublica Venetorum, pro insigni suo inter Christianos Principes
concordiam conciliandi studio, suum quoque Oratorem, Illustrissimum & Ex-
cellentissimum Dominum Aloysium Contarenum, Equitem Patricium Ve-
netum, hisce Tractatibus adesse ac Mediatorum sive interpositorum vice fun-
gi iusserunt, ne integer Orbis Christianus spe sua defraudaretur, sed univer-
sis & singulis palam fieret, Imperatorem Regemque Christianissimum de
consilio & consensu suorum utrinque Confederatorum, Sociorum & Adhæ-
rentium, nihil magis desiderare, quam ut tranquillitas publica Orbi Christi-
ano reddatur, gloria Divini nominis adaugeatur, pax & amicitia stabilis ac fir-
ma in solatium populi Christiani reducatur: ideo non solum prædictas lega-
tiones & interpositiones Sux Sanctitatis & Reipublicæ Venetæ, grato & be-
nevolo animo requisiverunt, admiserunt iisque locum dederunt, verum et-
iam ad opus tam utile & salutare perficiendum, talemque Pacem & amicitia-
m tractandam, concludendam & confirmandam, Plenipotentiariorum suos de-
legarunt, statutoque tempore & loco adesse voluerunt; & a parte quidem Im-
peratoris, Illustrissimos & Excellentissimos Dominos, Dominum Maximilia-
num Comitem de Trautmansdorff (inferatur titulus debitus) Dominum Io-
annem Ludovicum Comitem a Nassaw (tit.) Dominum Isaacum Volmar,
Iuris utriusque Doctorem, Serenissimi Domini Archi-Ducis Ferdinandi
Caroli Consiliarium, ejusque Camerae Præsidentem, a parte vero Regis Christi-
anissimi, Illustrissimum & Celsissimum Principem, Dominum Henricum, Du-
cem de Longueville, Illustrissimos item & Excellentissimos Dominos, Domi-
num Claudium de Mesmes, Comitem d' Avaux, & Dominum Abelem Servien
Comitem de Rochefort (ponantur singulorum tituli) omnes & singulos le-
gitimis & justis Mandatis ac Plenipotentii instructos, quarum copiarum sub fi-
nem hujus Instrumenti de verbo ad verbum insertæ ac annexæ reperiuntur.
Ab his igitur utriusque partis Legatis Plenipotentiariorum & Commissariis virtu-
te Mandatorum sibi invicem exhibitorum ac recognitorum, præsentibus quo-
que & ad hoc per Imperatorem legitime citatis & convocatis Sacri Romani
Imperii Dominis Electoribus, Principibus ac reliquis Statibus & Ordinibus
eorumve Deputatis, mediantibus strenuamque operam navantibus prædictis
Dominis Interpositoribus Domino Nuncio Apostolico & Domino Oratore
Veneto, Pax & amicitia conditionibus & Articulis infra positis tractata, com-
posita & conclusa est.

Primo: sit Pax & amicitia vera, sincera, perpetua, a tempore hujus Con-
ventionis impostero inter Imperatorem, Sacri Romani Imperii Electores,
Principes, Status & Ordines, Regem Catholicum, Domum Austriacam, eo-
rumque Vasallos, Subditos, Cives, Incolas, Confederatos, Socios ac Assisten-
tes ex una; Regem item Christianissimum Regnumque Galliarum, ejusque
Principes, Ordines, Vasallos, Subditos, Incolas, Confederatos Adhærentesque,
ex altera parte, ita ut statim etiam tempore præsentis in futurum, utrinque
cesset omnis hostilitas, armorumque violentia, atque utraque pars alteram
amore & benevolentia prosequatur, utilitatem, honorem, commodumque
altera alterius inter se mutuo promoveat, a damnis vero & ignominiiis quo-
modolibet inferendis prorsus absteineat, nec etiam quenquam in præjudicium
alterius receptet, foveat vel adjuvet.

Zünftter Theil.

N 2

Se-

1647.
Junius.

1647.
Junius.

Secundo: omnes toto hoc bello hinc inde admiffæ & illatæ violentiæ, hostilitates ac bellicæ calamitates & injuriæ omnes tam reales quam verbales, perpetuæ oblivioni commendatæ sunt, adeo ut nulli prorsus deinceps permiffum fit, ob damnum acceptum, injuriamve illatam aut calamitatem bellicam toleratam judicialiter aut extrajudicialiter vindictam instituere, fumere, persequi, aut aliquam inde actionem, compensationem aut satisfactionem prætere, quæ quidem Amnestia & oblivionis sanctio præter utramque partem Principalem, eorumque Vasallos, Subditos, Incolas, Confœderatos, Socios & Adhærentes, etiam in specie & nominatim comprehendere intelligitur & intelligi debet omnes & singulos præfectos, officiales & milites omnesque alios, qui tam bello, quam aliter quomodocunque uni alterive parti, eorumve Fœderatis, Sociis & Adhærentibus servierunt, opemque præstiterunt: ita ut non obstantibus eorum officiis & operis in damnum detrimentumve alterutrius partis præstitis, restitui debeant omnibus suis bonis, honoribus & dignitatibus, citra turbationem, quæ ipsis impostero sub quocunque prætextu ex iis, quæ durante bello gesta fuerunt vel aliter ex causa et occasione hujus belli inferri posset.

1647.
Junius.

Tertio: quod ad causam Palatinam attinet, Cæsaris & Imperii ac Coronarum consensu decisum & conventum est. Primo omnium, quod dignitas Electoralis sicut hætenus, ita etiam impostero remanere debeat penes Serenissimum Principem Dominum Maximilianum Ducem Bavarix ejusque liberos masculos, totamque Lineam Wilhelmianam in perpetuum cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Insigniis & juribus quibuscunque, quem admodum Sua Serenitas eandem hætenus tenuit, exercuit & possedit, nullo prorsus excepto. Secundo, quod eidem Domino Electori in solutum pro debito tredecim Millionum totus Palatinatus Superior, cum omnibus appertinentiis absque ulla diminutione aut detractioe in perpetuum & irrevocabiliter pro se & hæredibus sive ex corpore suo, sive ex Linea reliqua Wilhelmiana descendentibus permanere & relinqui debeat, citra omnem contradictionem Palatinorum, & cujuscunque alterius, ita ut oppignoriatio a Ferdinando Secundo Imperatore pro dictis tredecim millionibus eidem Electori super Austria Superiori constituta, virtute hujus præsentis Conventionis, re ipsa sublata, cassata & annullata sit, nullamque prorsus actionem hoc nomine vel ipse Dominus Elector vel ejus Liberi, Hæredes & Successores, ullo unquam tempore vel causa prætere possint aut debeant, teneatur etiam idem Dominus Elector statim post conclusam hanc & publicatam Pacem Cæsareæ Majestati omnia Instrumenta, quæ super isto Contractu confecta sunt, ad cassandum & annullandum exhibere & tradere. Quoniam Strata Montana certæ quædam Præfecturæ antiquitus non ad hunc Palatinatum, sed in disputabili proprietatis jure ad Electorem & Archi-Episcopum Moguntinensem pertinent, & Anno demum Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio pro certæ pecuniæ summa Palatinis expresso pacto perpetuæ Reluisionis oppignorata fuerunt, ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ quemadmodum illæ Decreto Ferdinandi II. Imperatoris post proseriptionem Friderici Palatini, Eminentissimo quondam Domino Joanni Suickardo Electori Moguntinensi restitutæ sunt, porro etiam irrevocabiliter penes ejusdem successorem modernum, Dominum Electorem Anshelmum Casimirum ejusque Archi-Episcopatum Moguntinensem permaneant, modo idem pretium pignorationis sponte oblatum parata pecunia exsolvat.

Quarto: Omnes item Principes, Status & Ordines Imperii stabiliantur in antiquis Juribus suis, Prærogativis, Libertatibus, Privilegiis, absque quod in iis impostero sub quocunque prætextu turbari possint, & consequenter sine difficultate gaudeant Jure Suffragii competente in omnibus deliberationibus

1647.
Junius.

nibus super negotiis Imperii, præsertim ubi de concludenda Pace, de nunciando Bello, de solvendis Contributionibus, delectibus & hospitationibus militum, imponendis præfidiis, exstruendis novis fortificationibus in locis intraditionem sive statum dictorum Principum & Ordinum sitis, concludendis Fœderibus, ferendis novis Legibus aut interpretandis antiquis aut aliis negotiis ejusdem naturæ agetur: Quæ imposterum aliter tractari & decidi non poterunt, quam in Comitibus generalibus Statuum consensu, salvis tamen iis, quæ ad Imperatorem solum vel ad Collegium Electorale duntaxat pertinent & salvis eorundem juribus & præminentis, omniaque intelligendo juxta morem ab antiquo in Imperio receptum, Bullamque Auream, Capitulationem Cæsaream & Constitutiones Imperii. De cætero, dicti Principes & Status Imperii generatim & speciatim manutenebuntur in omnibus aliis juribus Superioritatis ipsis competentibus, & speciatim in jure faciendi Fœdera, tam inter se quam cum vicinis Principibus, pro conservatione & securitate sua, modo tamen ea Fœdera non sint contra Imperatorem & Imperium & Pacem ejusdem publicam, fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est, atque de his in publicis Imperii Comitibus coram Cæsare & Statibus actum cognitumque sit.

1647.
Junius.

Et ad hunc effectum, Quinto, conventum est, quod omnes laudabiles consuetudines Sacri Romani Imperii, Constitutiones & Leges Fundamentales & speciatim contenta Bullæ Auræ contra contraventionem per quemcunque sub quocunque prætextu faciendam, & ante omnia in eo, quod ad Electionem Imperatorum seu Regum Romanorum spectat, religiose observabuntur, in eoque formæ per dictam Bullam Auream & alias Constitutiones, Declarationes & Capitulationes in hac materia præscriptæ inviolabiliter custodientur.

Sexto: Commercia tam mari, fluminibus, lacubus, quam terra utrobique libera sunt, eo prorsus modo, forma, Privilegiis & immunitaribus, quibus ante præsentem motus gaudebant, sublatis omnibus pedagiis, vectigalibus, exactiõibus & impositionibus durante bello & ejusdem occasione sine legitima autoritate introductis, adeo ut Sacri Romani Imperii Regnorumque ac ditionum hæreditariarum Cæsaris ac Domus Austriacæ tum etiam Regis Christianissimi Regniq; Galliarum & Confederatorum Vasallis, Subditis, Clientibus, incolis, utrinque commeandi, commercandi, transendi, commorandi, conversandi, negotiandi, eundi redeundique libera prorsus facultas & potestas data & concessa sit, atque data & concessa esse virtute præsentium intelligatur, quos etiam utrinque contra injustas oppressiones & violentias, quoties opus fuerit, instar propriorum subditorum defendere & protegere teneantur. Obligati autem nihilominus erunt, quicumque hoc modo per Sacri Romani Imperii fines aut Regnum Galliarum commeare & contractare voluerint, juribus & impositionibus antiquis & novis legitime institutis debitam præstare satisfactionem.

Septimo: quo magis autem Pax & Amicitia inter Imperatorem, Sacrum Romanum Imperium Domumque Austriacæ & Regem Christianissimum Regnumque Galliarum stabiliri, conservari & assicurari possit, conventum est, quod supremum Dominium, iura Superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Tullensem & Virodunensem urbesque cognominas, horum Episcopatum districtus & nominatim Moyenvicum eo modo, quo hætenus ad Romanum spectabant Imperium, imposterum ad Coronam Galliarum spectare debeant.

1647.
Junius.

Reservato tamen jure Metropolitano ad Archi-Episcopatum Trevirensis juxta ejusdem Curia Archi-Episcopalis Trevirensis usum antiquum pertinente, salvo etiam Sedis Apostolicæ, omnium insuper Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque Feudis, jure item clientelari, cæterisque rebus, quæ cuilibet eorum in his Episcopatibus competere possunt. In quibus omnibus per Regem Christianissimum nullatenus molestari, sed omnes & singuli, in eo quo sunt statu immediata subjectionis erga Romanum Imperium relinqui debebunt. Quemadmodum pariter Rex Christianissimus antiquas illorum Episcopatum, Ecclesiarumque Collegiarum, Præpositurarum, Prælaturarum, Abbatiarum, Præbendarumque, Fundationes, juxta eorundem Episcopatum Diceceses nullatenus immutare, commendatariis aut aliis inusitatis oneribus gravare, sed his omnibus propriam eligendi, postulandi aut conferendi facultatem, Fundationibus, Privilegiis, Moribus, aut Institutis competentem, salvam atque illæsam permittere tenebitur.

1647.
Junius.

Nec non restituatur in possessionem Episcopatus Virodunensis Dominus Franciscus Lotharingæ Dux tanquam legitimus Episcopus, & hunc Episcopatum pacifice administrare, ejusque juribus, privilegiis, redditibus & fructibus uti, frui permittatur, dummodo præstiterit Regi juramentum fidelitatis, nihilque molliatur adversus Regis Regniue commoda. Junior etiam Princeps Carolus Lotharingus manuteneatur in sua Coadjutoria Abbatiae Guigenfis.

Octavo: Regi Christianissimo ejusque in Regno successoribus jus sit perpetuum tenendi præsidium in Castro Philipsburg protectionis ergo, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui vicinis justam suspicionis causam præbere non possit, sumptibus duraxat Coronæ Gallia sustentandum. Patere etiam debet Regi liber transitus recto itinere ex Gallis per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum &c. quibus & quoties opus fuerit.

Rex tamen Statibus & Ordinibus Imperii, per quorum ditiones ejusdem transitus institui debet, eveniente casu, juxta Constitutiones Imperii sufficienter & indemnitate & sumptuum præstatione cavere teneatur, tum etiam præter præsidium & transitum in dictum Castrum Philipsburg nihil ulterius prætendat, sed ipsa proprietas, omnimoda Jurisdictione, Possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura, regalia, servitutes, homines, subditi, vassalli & quicquid omnino antiquitus ibidem & in totius Episcopatus Spirensis Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu, Episcopo & Capitulo Spirensi competeat & competere poterat, eisdem imposterum quoque salva, integra & illæsa, excepto tamen jure protectionis prædicto, permaneant.

Nono: Cedit & transfert Imperator & Imperium in Regem Christianissimum ejusque in Regno Galliarum Successores jus directi Domini, Superioritatis, & quodcumque aliud sibi & Sacro Romano Imperio hætenus impignoratum competeat & competere poterat.

Decimo: Imperator pro se totaque Serenissima Domo Austriaca, item Imperium, cedunt omnibus juribus, proprietatibus, Dominiis, Possessionibus, Jurisdictionibus, quæ hætenus sibi, Imperio & Familia Austriacæ competeant in oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsatia (salvo jure Episcopatus Argentinenfis) Suntgoviam, Præfecturamque Provinciam decem Civitatum Imperialium in Alsatia sitarum, scilicet Ha-

ge-

1647.
Junius.

genow, Colmar, Schlettstadt, Weisenburg, Landaw, Obersheim, Rosheim, Münster in Valle Sancti Georgii, Kaiserberg, Turinchaim, omnesque Pagos & alia quæcunque jura, quæ a dicta Præfectura dependent, eaque omnia & singula in Regem Christianissimum Regnumque Galliæ transferunt, ita ut dictum oppidum Brisacum cum Villis Hochstadt, Niderrimbling, Hatten & Acharren ad communitatem Civitatis Brisac pertinentibus, cumque omni territorio & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen ejusdem Civitatis privilegiis & immunitatibus, a Domo Austriaca antehac obtentis & impetratis, itemque dictus Landgraviatus utriusque Alsatia & Suntgovia, tum etiam Præfectura provincialis in dictas decem Civitates & loca dependentia, ita omnes Vasalli, Landsassii, Subditi, Homines, Oppida, Castra, Villæ, Arces, Sylvæ, Foresta, Argenti, Auri aliorumque mineralium Fodinæ, Flumina, Rivi omniaque jura, Regalia & Appertinentiæ cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate, supremoque Dominio, a modo in perpetuum ad Regem Christianissimum Coronamque Galliæ pertineant & pertinere intelligantur, absque Cæsaris, Imperii, Domusque Austriacæ vel cujuscunque alterius contradictione, adeo, ut nullus omnino Imperator aut Familiæ Austriacæ Princeps quicquam Juris aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereundere vel usurpare possit aut debeat, sit tamen Rex obligatus in his omnibus & singulis Catholicam conservare Religionem, quemadmodum sub Austriacis Principibus conservata fuit, omnesque, quæ durante hoc bello novitates irreperunt, remove.

Undecimo, cum Sueci vigore Pacificationis cum ipsis pariter initæ, Beneficentiam Episcopatus Argentoratensis restituere teneantur, præsidiumque inde deducere, statim solo æquari debent ejusdem oppidi munitiones modernæ, nec non adjacentis fortalitiæ Rheinau, sicuti quoque Tabernarum Alsatia, Castrum Hohenbar & Neoburgi ad Rhenum, neque in prædictis locis ullus miles præsidarius haberi poterit.

Duodecimo: per Magistratus & incolas dictæ civitatis Tabernarum neutralitatem accurate servaturos licebit Regio militi, quoties postulatum fuerit, tuto libereque transire.

Decimo tertio: nullæ ad Rhenum munitiones in citeriori & ulteriori ripa extrui poterunt, Basilea usque Philipsburgum, neque ullo molimine deflecti aut interverti fluminis cursus ab una alterave parte.

Decimo quarto: Quod ad æs alienum attinet, quo Camera Ensisheimiana gravata est, Serenissimus Dominus Archidux Ferdinandus Carolus recipiet in se cum ea parte Provincia, quam Rex Christianissimus ipsi restituere debet, tertiam omnium debitorum partem sine distinctione, sive Chirographaria sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel si nullam habeant in libellis rationariis receptorum ad Camera Ensisheimianam respondentium, usque ad finem Anni 1632. agnita atque inter debita & credita illius recensita fuerint, & pensationum annuarum solutio dictæ Camera incubuerit, eamque dissolvat, Regem pro tali quora penitus indemnem præstando. Quæ vero Collegiis ordinum & singulari per Austriacos Principes cum ipsis in Diæti Provincialibus inita conventionione attributa, aut ab ipsis Ordinibus communi nomine contracta sunt, iisque solvenda incumbunt, debet inter eos, qui sub Dominio Domus Austriacæ remanent, atque illos, qui in ditio- nem Regis veniunt, iniri conveniens distributio, ut unaquæque pars sciat, quantum sibi æris alieni dissolvendum restet.

De-

1647.
Junius.

Decimo quinto: Rex Christianissimus re & facto statim intra tempus sequenti Articulo expressum restituet Domui Austriacæ & in specie supradicto Serenissimo Archiduci Ferdinando Carolo, primogenito quondam Archiducis Leopoldi Filio, quatuor Civitates Sylvestres, Reinfelden, Seckingen, Lauffenburg & Waltshutum cum omnibus Territoriis & Balivatibus, Villis, Pagis, Molendinis, Sylvis, Forestis, Vafallis, Subditis, omnibusque appertinentiis cis & ultra Rhenum, itemque Comitatum Hauenstein, Sylvam Nigram, totumque Superiorem & Inferiorem Brisgoviam & Civitates in eo sitas antiquo jure ad Domum Austriacam spectantes, scilicet, Neuburg, Freiburg, Endingen, Kentzingen, Waltskirch, Villingen, Breunlingen cum omnibus eorundem Territoriis, item cum omnibus Monasteriis, Abbatibus, Prælatibus, Præposituris, Ordinum Equestrium Commendatariis, cum omnibus Balivatibus, Baronatibus, Castris, Fortalitiis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vafallis, Hominibus, Subditis, Fluminibus, Rivis, Forestis, Sylvis, omnibusque Regaliis, Juribus, Jurisdictionibus, Feudis & Patronatibus, cæterisque omnibus & singulis ad sublime Territorium, patrimoniumque Domus Austriacæ in toto isto tractu antiquitus spectantibus: totam item Ortnaviam cum Civitatibus Imperialibus, Offenburg, Gengenbach & Cella ad Amersbach, quatenus scilicet Præfecturæ Ortnaviensis obnoxia sunt, omnes item Ditiones, Patronatus & Dynastias ultra Sylvam Nigram per Sveviæ tractum hæcenus armis Gallicis aut Svecicis occupatas, adeo ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam Juris aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereundere vel usurpare possit aut debeat, non obstantibus ullis donationibus, concessionibus, translationibus, venditionibus aut aliis alienationibus quomodolibet factis; ita tamen, ut Austriacis Principibus prædicta restitutione nihil novi juris acquiratur. Quod si ex prædictis ditionibus & locis aliqua hucusque in potestate Domus Austriacæ remanserunt aut armis recuperata sunt, restitutio illorum respectu ita intelligatur, ut nullam omnino deinceps Rex Christianissimus prætensionem ad eadem habere aut manere possit.

1647.
Junius.

Decimo sexto: Libera sint in universum inter utriusque Rheni ripæ & Provinciarum utrinque adjacentium incolas, commercia & comæatus. Inprimis verò libera sit Rheni navigatio, ac neutri parti permissum esto, navestranseuntes ascendentes aut descendentes impedire aut detinere, arrestare, molestareque quocumque prætextu, sola inspectione, quæ ad perferendas aut visitandas merces fieri consuevit, excepta; nec etiam liceat nova & insolita vectigalia, pedagia, passagia, datia, aut alias ejusmodi exactiones ad Rhenum imponere, sed utraque pars contenta maneat vectigalibus & datiiis ordinariis, ante hoc bellum sub Austriacorum gubernatione ibidem præstari solitis.

Decimo septimo: Omnes Vafalli, Landsassii, Subditi, Cives, Incolæ, quicunque cis & ultra Rhenum Domui Austriacæ subiecti erant, sicuti etiam illi, qui immediatè Imperio subsunt, vel alios Imperii Ordines ut superiores recognoscunt, non obstante qualicunque confiscatione, translatione, donatione per Ducem Bernardum Weymariensem aliosque militiæ Svecicæ Præfectos post occupatam Provinciam facta, perque Regem Christianissimum ratificata aut proprio motu decreta, statim post publicatam Pacem bonis suis immobilibus & stabilibus, sive corporalia sive incorporalia sint, Villis, Castris, Oppidis, Fundis, Possessionibus restitui debent, citra ullam exceptionem meliorationum, expensarum, sumptuum, compensationum, quas moderni Possessores quomodolibet objicere possent, & citra restitutionem fructuum perceptorum. Quod verò ad confiscationes rerum pondere, numero, & mensura consistentium, exactiones, concussiones atque extorsiones intuitu belli factas at-

1647
Junius.

attinet, earum repetitio ad ampurandas lites utrinque penitus cassata & sublata esto.

1647.
Junius.

Decimo octavo: Teneatur Rex Christianissimus non solum Episcopos Argentinensem & Basiliensem, eorumque Capitula, sed etiam reliquos per utramque Alsatiam & Sundgoviam Romano Imperio immediate subiectos Ordines, Abbates Murbacensem & Luderensem, Abbatissam Antlaviensem, Monasterium in valle St. Gregorii Benedicti Ordinis, Palatinos ad Luzelstein, Duces de Wirtenberg tanquam Dominos Comitatus Montpelgardensis, Horburg & Reichenweiler, Comites & Barones de Hanau, Fleckenstein, Leiningen, Rixingen, Westerburg, Oberstein, totiusque Inferioris Alsatiæ Nobilitatem, tam alios, qui in isto tractu possessionem vel quasi Immediatis erga Romanum Imperium habent, item prædictas decem Civitates, quæ Præfecturam Hagenoensem agnoscunt, in ea libertate & possessione Immediata, qua hætenus gavisi sunt, relinquere, ita ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem præterdere possit, sed iis iuribus contentus maneat, quæcunque ad Dominum Austriacam spectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Galliæ ceduntur, ita tamen ut præsentī hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni supremi Domini jure, quod supra concessum est.

Decimo nono: Item Rex Christianissimus pro recompensatione partium ipsi cessarum prædicto Domino Archiduci Ferdinando Carolo solvet tres milliones librarum Turonensium annis proximè insequentibus, scilicet millesimo sexcentesimo quadagesimo septimo, quadagesimo octavo & nono, in Festo Sancti Johannis Baptiste, quolibet ad tertiam partem, in moneta bona & proba, ut binæ libræ cum dimidia ex æquent thalerum Imperialem justī valoris Basileæ ad manus Archiducis ejusvè deputatorum.

Vicesimo: Præter dictam pecuniæ quantitatem Rex Christianissimus tenebitur in se recipere duas tertias debitorum Camerae Ensisheimianæ sine distinctione, sive Chirographaria sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica & specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, neque excedant millionem florenorum Rheni, sexaginta cruciferis pro unoquoque floreno computatis, easque dissolvat, Archiducem pro tali quota penitus indemnem præstando, utque id æquius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commissarii statim a subscripto tractatu Pacis, qui ante primæ pensionis solutionem convenient, quænam nomina utrique parti expungenda erunt.

Vicesimo primo: Curabit Rex Christianissimus præfato Domino Archiduci bona fide absque ulla mora & retardatione restitui omnia & singula literaria Documenta cujuscunque illa generis sint, quæ terras eidem restituendas quomodocunque concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis & Camerae Ensisheimianæ Brisaci, tempore deditiois, vel etiam in custodia officialium oppidorum & arcium occupatarum deprehensa sunt, quod si alia Documenta sint publica, quæ totam Austriacam Provinciam pro indivisis spectant, tenebitur Rex Christianissimus de his Archiduci exempla authentica elargiri, quotiescunque de eo fuerit requisitus.

Vicesimo secundo: Pari modo Rex Christianissimus Eminentissimis & Serenissimis Dominis Electoribus & Archi-Episcopis, Moguntinensi, Trevirensi, Coloniensi, Electoribus Bavaricæ, Saxonicæ, Brandenburg: Episcopis Argentoratensi, Spirensi, Basiliensi & Wormariensi, Abbatibus Murbacensi & Luderensi, Ordinis Teutonici & Sancti Johannis Hierosolymitani Commendatoribus, cæterisque omnibus Imperii Statibus cis & ultra Rhe-

Sünffter Theil.

C

num

1647.
Junius.

num sitis per totum Imperium, sive Seculares sive Ecclesiastici sint, tum etiam Nobilibus immediate Imperio subjectis, restituat inter terminos . . . Mensuram a publicatione Pacis, omnes & singulos ad eosdem pertinentes Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Castella, Fortalitia, terras, solo Philippiburgo juxta articulum proprium de hoc positum excepto, & absque omni alia prorsus exceptione & reservatione, deductisque inde praesidiis omnia liberae dispositioni dictorum Dominorum Electorum, Archi-Episcoporum, Episcoporum & Abbatum aliorumque immediate Imperio subjectorum, sive Sessionem & Votum in Comitibus Imperialibus publicis habeant sive non habeant, permittat, nulloque unquam tempore eosdem in hac gubernatione turbet, nec etiam praesidia deinceps ipsorum terris, Civitatibus, Arcibus, Castellis imponere praesumat; imprimis vero quoad Ordines Ecclesiasticos casu eveniente liberam Capitulis Electionem permittat, nec quicquam sibi juris circa haec talia sive directe sive indirecte arrogare ausit, idem quoque observabitur circa Abbatis & Monasteria reliqua per Alsaciam Inferiorem sita Sancti Benedicti, Sancti Bernhardi, Sancti Mauri & aliorum Ordinum, quae alias immediate Imperio subjecta fuerunt & etiamnum sunt.

1647.
Junius.

Vicesimo tertio: Ex locis sic, ut praemittitur, pristinis possessoribus & dominis restituendis deducantur omnia praesidia militaria sive nomine Imperatoris & Imperii, sive Regis Christianissimi & Confederatorum vel quocunque alio nomine imposita fuerint intra . . . a tempore, quo utrinque confecta Pacis Instrumenta confirmata fuerint, sine damno & noxa Civium, Incolarum, totiusque Provinciae, ommissis omnibus exactionibus, quae ob non soluta stipendia aut alias militares praetensiones quomodolibet excogitari & tentari possent, nec etiam permittum sit ejusmodi praesidiis abcedentibus quicquam exportare aut avehere, nisi quae ipsorum propria aliunde ab ipsis vel praesidiorum intuitu importata usibusque militum singulariter destinata fuerint, teneantur vero in singulis ejusmodi locis relinquere ea dumtaxat tormenta majora & minora bellica reliquumque apparatus bellicum, annonam militarem, frumenta, cibaria, quae tempore occupationis ibi inventa sunt & adhuc supersunt. Quod autem ad castrum Ehrnbreitstein attinet, postquam a Coronis Foederatis & ceteris omnibus locis hinc inde restituendis praesidia deducta fuerint, idque plene constiterit, Imperator quoque suum praesidium ex dicto Castro Ehrnbreitstein deducet, idque in manus Domini Electoris Trevirensis, ejusdemque Capituli Cathedralis pari potestate pro Caesarea Majestate & Sacro Romano Imperio custodiendum consignabit, quo nomine etiam Capitaneus & novum praesidium ibi constituendum juramento fidelitatis pro Caesare, Electore & Capitulo pariter obstringi debebunt, non obstante ulla pactio, quam Dominus Elector in contrarium fecisse poterat.

Vicesimo quarto: Rex Christianissimus restituat etiam Serenissimo Domino Carolo Duce Lotharingae, totique ejus Domui Ducatum terrasque ad eum pertinentes.

Vicesimo quinto: Libertati quoque utrinque restituantur captivi omnes, qui durante hoc bello ab una vel altera parte capti sunt a tempore publicationis hujus Pacis, absque pretio redemptionis. Ii tamen, qui jam ante de lytro cum suo adversario transegerunt, & sub tali sponsione demissi fuerunt, pactis stare teneantur, ii vero qui de solvendo redemptionis pretio pactioe quidem inierunt, nondum tamen dimissi sunt, solutionem praestare non tenebuntur, sed gratis dimitti debent, omnes autem captivi sine differentia, sive lytrum pacti essent, sive non, sumptus durante custodia in se factos persolvere debebunt.

Vi.

1647.
Junius.

Vicesimo sexto: Partium utrinque belligerantium in Imperio Copiæ & Exercitus, statim postquam Pax hæc confirmata & publicata fuerit, dimittantur atque exauctorentur, retento ex iis qui volent & in suos proprios Status traducto eo tantum numero, quem quæque pars pro securitate sua necessarium iudicaverit.

1647.
Junius.

Quod vero ad eorundem militum Satisfactionem spectat, tenebit unaquæque pars belligerans suismer ipsis satisfacere absque dispendio alterius atque ex Imperii finibus sine damno & noxa deducere.

Vicesimo septimo: In hac Pacificatione comprehenduntur & includuntur utriusque Partis communi consensu, a parte quidem Imperatoris & Sacri Romani Imperii, Sanctissimus Dominus Noster Papa Innocentius Decimus, Sancta Sedes Apostolica, Rex Hispaniarum Catholicus, Rex Poloniae, Rex Daniae, Respublica Venetorum, Magnus Dux Hetruriae, omnesque Principes, Duces, Status & Respublicae Italiae, Respublicae item Helvetiorum & Rhetorum, utpote cum Domo Austriaca Fœdere Hæreditario junctorum, quos imposterum Rex Christianissimus neque directe neque indirecte armis turbabit, sed quotiescunque jus sibi aliquod contra quemlibet eorum competere putabit, coram iudicio desuper competente instituendo id deducere & prosequi tenebitur.

Vicesimo octavo: Ex parte vero Regis Christianissimi comprehenduntur Regina, Regnumque Sueciae.

Vicesimo nono: Quod si post initam & conclusam atque hinc inde confirmatam Pacem contigerit ulli partium vel fœderatorum vel adhærentium ea, quæ in supradictis Articulis promissa sunt, ab amica vel adversa parte non servari, nec ea res intra spatium trium annorum à tempore contraventionis computandorum amicabiliter aut juris disceptatione componi & terminari possit, quæ quidem omnino ne statim ad arma concurratur sed Christiano sanguini parcat, ante omnia tentari debet; teneantur tam una quam altera pars atque utriusque partis fœderati & adhærentes, junctis cum parte læsa consiliis viribusque arma sumere, sine mora aut tergiversatione ad repellendam injuriam statim atque post dictum spatium conventum & amissam legitimæ cognitionis aut amicabilis compositionis spem, ab injuriam passio fuerunt admoniti.

Tricesimo: Ne tamen hinc Imperialis Regiæque potestatis & jurisdictionis, quam vel Imperatori in Imperio suisque Regnis & terris hæreditariis vel Regi Christianissimo in Regno Galliarum, quæ Imperatoris, Regis Principatus liberi sunt, competere de jure vel consuetudine & statutis Imperii Regnorumque & Principatuum possunt, confusio aut imminutio iudicatur; Declaratum esto hinc mutuam & reciprocam manutentionem, principaliter inter ipsas duntaxat partes principales belligerantes locum habere, de cætero verò controversias & lites omnes tam publicas quam privatas, tam in Imperio Romano, Regnis Terrisque hæreditariis Imperatoris, quam in Regno Galliarum juxta patrias leges & constitutiones, sanctiones, usum & consuetudinem ventilari, deduci, definiri, executioni mandari aut amicabiliter componi debere, absque eo quod vel Imperator rebus se Gallicis vel Rex Christianissimus rebus se Imperii aut aliis immiscere, cursumque justitiæ vel amicabilis compositionis quomodolibet instituendæ turbare aut impedire possit.

Tricesimo primo: Quod si autem inter quosdam Imperii Status orta controversia tanti momenti esse deprehendatur, ut inde Pax publica turbari, bellumque concitari posse timeatur, Augustissimus Imperator de Consilio

Fünftes Theil.

C 2

Ele.

1647. Junius. Electorum publica Comitia indicere, causamque Imperii Ordinibus examinandam proponere poterit, ad ineundam rationem & modum, quo terminari Paxque publica conservari queat. 1647. Junius.

Tricesimo secundo: Quod vero ad ipsas partes Principales, Imperatorem scilicet, Electores, Principes, Status & Ordines Imperii, eorumque Fœderatos & Socios, Assistentesque ex una, Regem dein Christianissimum ejusque Fœderatos & Adhærentes ex altera parte attinet: Siquidem inter eos futuro tempore aliqua controversia nascatur, aut ab alterutra parte huic Pacificationi contraveniatur, ad partis læsæ admonitionem de amabili compositione instituenda, vel de arbitris eligendis statum sese declarare debebit, ut postea de utriusque partis consensu vel ad instituendum arbitrium, vel ad tractandam compositionem amicabilem conveniri, atque intra præfatum tempus controversia omnis decidi & concordari possit.

Tricesimo tertio: Et quo hæc omnia majorem & inviolabilem accipiant firmitatem, non solum hoc Instrumentum ab Imperatore, Ordinumque Imperii Deputatis huic Congressui assistentibus & Rege Christianissimo sed etiam in proximis Imperii Comitibus intra celebrandis, ab omnibus Electoribus, Principibus, Ordinibusque Imperii, pariterque in publico Ordinum Galliarum conventu intra idem tempus instituendo confirmari, & talis confirmationis Documenta, statim solutis ejusmodi conventibus utrinque transmitti & commutari debebunt, interea tamen, ut deinceps semper, etiam si hæc confirmationes & commutationes, quacunque de causa prolongari contingat, omnia quæ superius pacta conventa & memorata sunt, plenam firmitatem habent ac inviolabiliter utrinque observantur.

Hi igitur omnes & singuli hucusque descripti Pacificationis Articuli prout singulariter singuli sonant, per supra nominatos Plenipotentiarios tractati, concordati & stipulata manu nomine, jussu & potestate eorum, quorum in ingressu Instrumenti mentio fit, promissi ac transacti sunt, qui Deputati ac Plenipotentiarium virtute suarum Plenipotentiarum infra scriptarum, promiserunt & promittunt, sub obligatione omnium & singulorum honorum presentium & futurorum ad ipsorum Dominos spectantium, quod dicti ipsorum Domini, Imperator & Rex Galliarum, omnes & singulos Articulos supra positos observabunt, observarique curabunt & adimplebunt, ac Diplomata confirmatoria invicem expediri mandabunt, in quibus totum hoc Pacis Instrumentum de verbo ad verbum insertum sit, quæ Diplomata etiam intra a data hujus Instrumenti computandos, per dictos Plenipotentiarios hic Monasterii exhiberi atque inter se mutuo commutari debebunt: omnia sincere, bona fide, absque dolo & fraude. In quorum omnium fidem dicti Plenipotentiarium hunc Pacis Tractatum propriis manibus, nomina sua propria apponendo subscriperunt, sigillisque suis muniri fecerunt. Actum Monasterii Westphalorum, die

Inferantur singulorum Plenipotentiarum &c.

§. II.

Die Frankosen cuncten mit ihrem Gegen-Proiect.

Auf dieses Project aber liessen sich die Frankosen mit ihrem Gegen-Proiect so gleich nicht vernehmen, sondern verlangten, es müssten vorher noch zwoy

Puncten reguliret werden, nemlich erstens die Hessen-Casselsche Satisfaction, und zwoyten, daß der Kayser, auch nicht inwiefern seiner Erb-Lande, der Erone Spa

1647.
Julius.exhibiren
aber solches
endlich;

Spanien jemahls einige *Affistenz* wie-
der Frankreich zu leisten sich verbind-
lich mache. Nachdem Sie aber so gar
oft von denen Reichs-Ständen um Be-
förderung des Friedens angelangt wurden,
so exhibiren Sie endlich, *medio Julii*,

ihre Project Instrumenti Pacis, welches
sofort zur Reichs-Dictatur gebracht wur-
de; Ehe man aber noch damit fertig wer-
den kunte, theilten die Franzosen selbiges
aller Orten in öffentlichen Druck aus, und
lautet dasselbe also:

1647.
Julius.und publici-
ren es im
Druck.

Projectum Instrumenti Pacis a Dominis Gallia Plenipotentariis exhibitum
Anno 1647.

IN NOMINE SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS Amen.

Notum sit universis & singulis quorum interest aut quomodolibet inter-
esse potest: Postquam à multis annis orta in Imperio Romano dissidia mo-
rusque civiles eo usque increverunt, ut non modò universam Germaniam,
sed & aliquot finitima Regna, porissimum vero Galliam ita involverint, ut
diuturnum & acre exinde natum sit bellum, primo quidem inter Serenissi-
mum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Ferdinandum
II. Electum Romanorum Imperatorem, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ,
Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Regem, Archi-Ducem Aultriæ, Ducem Bur-
gundiæ, Brabantia, Styriæ, Carintiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Du-
cem Lucemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Württembergæ & Teckæ,
Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ,
Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris
Lusatia, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, in-
clytæ memoriæ, cum suis fœderatis & adhærentibus ex una, & Serenissimum
ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Ludovicum XIII.
Galliarum & Navarra Regem Christianissimum, inclytæ memoriæ, ejusque
fœderatos & adherentes ex altera parte: Deinde post eorum è vita decessum
inter Serenissimum & Potentissimum Principem & Dominum, Dominum
Ferdinandum III. Electum Romanorum Imperatorem, Germaniæ, Hun-
gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Regem, Archi-Ducem
Aultriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantia, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Mar-
chionem Moraviæ, Ducem Lucemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ,
Württembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Hasburgi, Tyrolis,
Kyburgi & Goritiæ, Marchionem S. R. Imperii, Burgoviæ ac Superioris &
Inferioris Lusatia, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Sali-
narum, cum suis fœderatis & adhærentibus ex una: & Serenissimum ac
Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Ludovicum XIV. Gal-
liarum & Navarra Regem Christianissimum ejusque fœderatos & adhæren-
tes ex altera parte; unde multa Christiani sanguinis effusio cum plurima-
rum Provinciarum desolatione secuta est: tandem Divinâ bonitate factum
esse, ut annitente Serenissima Republica Veneta, cujus consilia difficillimis
Christiani orbis temporibus publicæ saluti & quieti nunquam defuere, utrin-
que de Pace Universalis suscepta sit cogitatio, in eumque finem ex mutua
partium Conventione Hamburgi, die 25. stylo novo, vel die 15. stylo veteri
Decembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo
inita, constituta sit dies undecima stylo novo vel prima stylo veteri mensis Ju-
lii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Congressui
Plenipotentiariorum Monasterii & Osnabrugis Westphalorum instituendo.
Comparentes igitur statuto tempore & loco utrinque legitimè constituti Le-
gati Plenipotentiarii, à parte quidem Imperatoris Illustrissimi & Excellentis-
simi Domini, Dominus Maximilianus Comes à Trautmansdorff, &c. (inse-
ratur titulus debitus) Dominus Ludovicus Joannes a Nassau, &c. (tit.) Domi-
nus Isaacus Wolmarus, J. U. D. Serenissimi Domini Archi-Ducis Ferdinandi

S 3

Caro-

1647.
Julius.

Caroli Confiliarius, ejusque Camerae Praeses: a parte vero Regis Christianissimi, Cellissimus Princeps Dominus Henricus de Orleans Dux de Longueville, &c. Illustrissimi item ac Excellentissimi Domini, Dominus Claudius de Mesmes Comes d' Avaux, &c. & Dominus Abel Servien Comes de la Roche, &c. (tit.) interventu & opera Illustrissimi ac Excellentissimi Legati Senatorisque Veneti, Domini Aloysii Contareni Equitis, qui Mediatoris munere procul a partium studio totos pene quatuor annos impigre perfunctus est, post invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarium tabulas (quarum apographa sub finem hujus Instrumenti de verbo ad verbum inserta sunt) rite commutatas, praesentibus, suffragantibus & consentientibus S. R. Imperii Electoribus, Principibus, ac Statibus, ad Divini nominis gloriam & Christianae Republicae salutem in mutuas Pacis & amicitiae leges consenserunt, & convenerunt tenore sequenti.

1647.
Julius.

PAX sit Christiana, Universalis, perpetua, veraque & sincera amicitia inter Sacram Caesaream Majestatem, Domum Austriacam, Electores, Principes & Status Imperii, Regem Hispaniarum Catholicum, omnesque ac singulos foederatos & adherentes, & singulorum haeredes ac successores ex una; & Sacram Regiam Majestatem Christianissimam, omnesque ejus foederatos & adherentes, & singulorum haeredes ac successores, imprimis Serenissimam Reginam Regnumque Sueciae, ac respectivè Electores, Principes Statusque Imperii ex altera parte. Eaque ita sincere serioque servetur & colatur ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Galliae; & vicissim Regni Galliae cum Romano Imperio, fida vicinitas & securi studiorum Pacis atque amicitiae cultura revirescant ac reflorescant.

Sit utrinque perpetua oblivio & Amnistia omnium eorum, quae ab initio horum motuum quocunque loco modoque ab una vel altera parte, ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum nec ullius alterius rei causa vel praetextu, alter alteri posthac quidquam hostilitatis, aut inimicitiae, molestiae vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirectè, specie juris aut via facti, in Imperio aut usquam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat, vel inferri faciat aut patiat; sed omnes & singulae hinc inde tam ante bellum quam in bello, verbis, scriptis aut factis illatae injuriae, violentiae, hostilitates, damna, expensae absque omni personarum rerumve respectu, ita penitus abolitae sint, ut quidquid eo nomine alter adversus alterum praetendere posset, perpetua sit oblivione sepultum.

Juxta hoc Universalis & illimitatae Amnistiae fundamentum, universi & singuli S. R. Imperii Electores, Principes, Status (comprehensa Immediata Imperii Nobilitate) eorumque Vasalli, Subditi, Cives & Incolae, quibus occasione Bohemiae Germaniaeve motuum, vel foederum cum Gallia sociisque, ab una vel altera parte aliquid praedicii aut damni quocunque modo vel praetextu illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam quoad dignitates, immunitates, jura & Privilegia, restituti sunt plenarie in eum utrinque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, non obstantibus sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

Quod si restituendorum bonorum & jurium possessores, exceptionibus se justis munitos existimaverint, ea quidem restitutionem neutiquam impedient, haec tamen peracta coram competenti Judice examinentur & discutiantur.

Ante

1647.
Julius.

Ante omnia vero causam Palatinam Conventus Monasteriensis & Osna-brugensis eo deduxit, ut ea de re jam diu mota lis diremta fit modo sequenti.

1647.
Julius.

Et quidem primo quod attinet Domum Bavaricam, Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regalis, Officiis, præcedentiis, insigniis & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus Superior totus una cum Comitatu Cham, qui alias ad Ducatum Baviaræ spectat, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac juribus, sicut hæcenus, ita & impostero maneat penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Baviaræ Ducem, ejusque liberos totamque Lineam Guilhelmianam, quam diu masculi ex ea superstites fuerint.

Vicissim Dominus Elector Baviaræ pro se, hæredibus & successoribus suis totaliter renunciet debito tredecim millionum, omnique prætensionem in Austriam Superiorem, & statim a publicata Pace omnia Instrumenta desuper obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & annullandum extradat.

Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis causa consentit, ut vigore præsentis Conventionis institutus sit Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ejusque hæredes & agnati, juxta ordinem succedendi in Aurea Bulla expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen juris præter simultaneam Investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut ejus Successoribus ad ea, quæ cum dignitate Electorali, Domino Electori Baviaræ totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

Deinde, ut Inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & Sæcularibus bonis juribusque & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos, Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque Documentis, Regestis, rationariis, & cæteris Actis huc spectantibus eidem plenarie restituantur, cassatis iis quæ in contrarium acta sunt, idque autoritate Cæsareæ effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat.

Cum autem certæ quædam Præfecturæ Stratæ Montanæ antiquitus ad Electorem & Archi-Episcopum Moguntinensem pertinentes, Anno demum Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio pro certa pecuniæ summa Palatinis cum pacto perpetuæ Reluitionis impignoratæ fuerint: Ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinensem, ejusque in Archi-Episcopatu Moguntinensi Successores permaneant, dum modo idem in specie pretium pignorationis sponte oblatum parata pecunia intra terminum executioni Pacis conclusæ præfixum exsolvat, cæterisque, ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis teneretur, satisfaciatur.

Electori quoque Trevirensi tanquam Episcopo Spirensi, ut & Wormatiensi, jura quæ præterdit in bona quædam Ecclesiastica intra Palatinatus Inferioris Territorium sita, coram competenti Judice prosequi liberum esto, nisi de his inter utrumque Principem amice conveniatur.

Quod si vero contigerit, Lineam Guilhelmianam masculinam prorsus deficere, superstiti Palatina, non modo Palatinatus Superior, sed etiam Dignitas Electoralis, quæ penes Baviaræ Duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim simultanea Investitura gavisuros redeat, Octavo tunc Electoratu prorsus expungendo. Ita tamen Palatinatus Superior hoc casu ad Palatinos super-

1647. perfites redeat, ut Hæredibus Allodialibus Electoris Bavariæ actiones & be- 1647.
 Julius. neficia, quæ ipsis ibidem de jure competunt, reservata maneat. Julius.

Pacta quoque gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergensem, & Neoburgicam, a prioribus Imperatoribus super Electorali successione confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ jura, quatenus huic dispositioni contraria non sunt, salva rataque maneat. Adhæc si quæ feuda Juliænsia, ob deficientes masculos, aut alias aperta sunt, ea Palatinis absque mora cedant, & evacuentur.

Præterea, ut dictus Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus liberetur onere prospiciendi fratribus de appennagio, Cæsarea Majestas ordinabit, ut dictis suis fratribus quadringenta Imperialium Thalerorum millia, infra biennium ab initio Anni venturi Millesimi Sexcentissimi Quadragesimi Octavi numerandum expendantur, singulisque annis ducentena millia solvantur una cum annuo censu, quinque de centum computatis.

Deinde tota Domus Palatina cum omnibus & singulis, qui ei quocunque modo additi sunt, aut fuerunt, præcipue vero Ministri, qui ei in hoc Conventu, aut alias operam suam navarunt, ut & omnes Palatinatus exules, fruuntur Amnistia generali supra descripta, pari cum cæteris in ea comprehensis jure.

Vicissim Dominus Carolus Ludovicus cum Fratribus Cæsarea Majestati obedientiam & fidelitatem, sicut cæteri Electores Principesque Imperii, præstet, ac insuper Palatinatui Superiori pro se & hæredibus suis, tum ipse, tum ejus fratres, donec ex Linea Guillelmiana hæredes legitimi & masculi super fuerint, renuncient.

Cum autem ejusdem Principis tam Vidua Mater quam Sorores, jus sibi quæsitum esse prætendant in Superiorem Palatinatum juxta ac Inferiorem, Superior vero in Electoris Bavariæ Dominium concedat, ut omni erga ipsum debito solutus sit Imperator: Conventum est, ut Matri ea pecuniæ summa, quæ per pactum nuptiale in singulos viduitatis annos constituta fuit, & Filiabus pro dignitate elocandis congrua dos, æquis portionibus a Cæsarea Majestate dictoque Domino Carolo Ludovico exsolvantur.

Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sueviam & Tractum Rheni cum districtibus appertinentibus in suo statu Immediato inviolate relinquat.

Exercitium Catholicæ Religionis iis, qui in Palatinatu Inferiori eidem addicti sunt, liberum maneat, nec ad aliam Religionem amplectendam adigantur.

Augustanæ Confessionis consortibus, qui in possessione Templorum fuerant, interque eos Civibus & Incolis Oppenheimensibus, servetur status Anni 1624. cæterisque id desideraturis Exercitium August. Confess. tam publice in Templis ad statas horas, quam privatim in ædibus propriis aut alienis ei rei destinatis, per suos aut vicinos verbi Divini Ministros peragere liberum esto.

Ut autem jura, quæ in eligendo Romanorum Imperatore vel Rege S. R. Imperii Electoribus comperunt, tuta & illibata maneat, actusque contrarii, qui in consequentiâ trahi, & cuivis Electori præjudicium facere possent, ex integro aboleantur, conventum est, ut Dominus Elector Trevirensis Electioni Anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto de moderno Imperatore

1647.
Julius.

torè habita & celebrata, suum quoque votum in forma conveniente Cæsari, & Cæsar vicissim prædicto Electori Capitulationem singulis Electoribus debitam in forma tempore electionis inter Electores conventa, una cum iis quæ huic adherent, det & extradat, omisso tantum articulo quinquagesimo.

1647.
Julius.

Cum arrestum, quod mobilibus ad eundem Principem Electorem Trevirensem spectantibus, & in Ducatum Luxemburgensem translatis Imperator per Consilium Provinciale antehac imponi curavit, relaxatum quidem & abolitum, attamen ad quorundam instantiam iterum renovatum fuerit; conventum est, ut prædictum arrestum a Consilio Burgundiæ Luxemburgensi quantocius tollatur, dicto Domino Electori Bona sua Patrimonialia relaxentur & tradantur, ac siquid forte ex iisdem amotum fuerit, reponatur, pleneque ipsi atque integre restituatur, impetrantibus ad Judicem Principis Electoris in Imperio competentem pro obtinenda juris & justitiæ administratione remissis.

Princeps Ludovicus Philippus Comes Palatinus Rheni, recuperet omnes Ditiones, Dignitates & Jura, quæ ipsi a Majoribus ex successione & divisione ante tumultus bellicos obvenerunt.

Princeps Eridericus Comes Palatinus Rheni quartam partem vectigalis Wilzbacensis, & quidquid juris Parens ejus ante bellum habuit ac possedit, recipiat.

Princeps Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus ad Rhenum restituatur in Comitatum Weldentz ad Mosellam, contra omnia hæcenus attentata in eum statum, quo Anno 1624. ipsius Parens fuit.

Controversia, quæ vertitur inter Episcopos respectivè Bambergensem & Herbipolensem, ac Marchiones Brandenburgicos Culmbachi & Onolsbachi, de Castro, Oppido, Præfectura & Monasterio Kitzingen in Franconia ad Mœnum, aut amabili compositione aut Summario Juris processu terminetur intra biennium, sub pena perdendæ prætensionis imponenda detrectanti: Interim dictis Dominis Marchionibus restituatur fortalicium Wiltzburg in eum statum, qui tempore traditionis descriptus fuit ex conventionem & promisso.

Wurtembergica Domus omnia omnino bona & jura sibi ante bellum quæ sita recipiat, imprimis Dynastias Blawbewren, Achalm & Stauffen, cum pertinentiis, & sub prætextu pertinentiarum ad eas occupatis bonis, cum primis Civitate & Territorio Göppingensi, redditibus item Universitati Tübingensi pie fundatis: recipiat etiam Dynastiam Oberkirch, itemque Civitates Balingen, Dülingen, Ebingen & Rosenfeld, cum pertinentiis, tum Hohenwiel, Albege, Hohen-Asperg, Hohen-Aurach, Hohen-Tübingen, Hornberg, Schiltach cum Civitate Schorndorff: Salvis tamen & reservatis Domui Austriacæ, nec non etiam Würtembergicæ in supradictas Dynastias, Blawbewren, Achalm & Stauffen prætensis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atque beneficiis juris quibuscunque; reservatis quoque juribus, quæ in bona Ecclesiastica in Ducatu Würtembergico sita Episcopatu Spirensi competere possunt.

Ditio quoque Haidenhaim Electori Baviaræ, ab Imperatore Ferdinando II. pro quingentis mille florenis oppignorata, eidem Duci Würtembergico restituatur: dictum verò Electorem Cæsarea Majestas aliunde indemnem præster.

Principes quoque Würtembergici Lineæ Mompelgartensis restituantur in omnes

Fünffter Theil.

¶

omnes

1647. omnes suas Ditiones ubicunque sitas, nominatim in duo Feuda Burgundica
Julius. Clerval & Passavant, ab utraque parte in eum statum, quo ante initium horum
bellorum fuerunt.

1647.
Julius.

Fridericus Marchio Badensis gaudeat supradictâ Amnistiâ generali plenissimè, ejusque vigore restituatur in eum statum, in quo fuit ante hos motus ejus Parens Georgius Fridericus Marchio Badensis, imprimis quoad ditiones Rötelen, Badenweiler & Saufenberg, itemque quoad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad partem inferiorem Marchionatus Badensis, quæ vulgò sub appellatione Baden-Durlach venit: non obstantibus sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Quæ de causa eidem etiam restituantur Dynastiæ Scain & Renchingen ad Marchionatum Inferiorem, & duæ quoque Dynastiæ ad Superiorem pertinentes, de quibus hic convenietur. Libereur quoque in perpetuum ab ista pensitatione annua, quam ex antiquâ hæreditatis divisione aliàs debebat. Quod si aliquid amplius à quocunque sibi jure deberi legitimè probare possit, id Suxæ Celsitudinì semper liberum erit.

Dux de Croy gaudeat effectu generalis Amnistiæ, neque protectio Regis Christianissimi sit ei fraudi, dignitatis, privilegiorum, honorum, bonorum aut ullo alio respectu. Quietè quoque possideat eam Domini Vinstingen partem, quam majores sui possederunt, prout nunc à Domina matre sua dotaliti nomine possidetur. Maneat dictum Dominium Vinstingen Feudum Imperio immediatè subiectum, prout hætenus fuit, forumque ejus nomine ordinarium dictus Dux in prima instantia pro ratione circumstantiarum vel in Judicio Austregarum, vel in summis Imperii Tribunalibus perpetuò fortiatu.

Comitibus Nassavo-Saræpontanis restituantur omnes eorum Comitatus, Dynastiæ, Territoria, homines, bona, Feuda & Allodialia cum omnibus eorum juribus, immunitatibus & privilegiis, nominatim fortalitium Homburg cum tormentis bellicis & mobilibus ibi repertis, ac denique ea omnia, quibus vi armata & publica in Comitatu Sarwerdano & Saræpontano Anno millesimo sexcentesimo nono, & deinceps destituti fuerunt, cum omni causa: exceptis tamen Feudis Metensibus in Comitatu Sarwerdano sitis, aliisque rebus, quæ ad Regem Christianissimum spectare possunt; pro præteritis verò damnis à Ducibus Lotharingicis Familiæ Nassavo-Saræpontanæ in vi faciendâ illatis, satisfiat ipsi ex competentis Judicis cognitione, salvis utrobique juribus & actionibus.

Quod ad controversiam Nassau-Siegen contra Nassau-Siegen attinet, cum res hæc per Commissionem Cæsaream Anno 1642. ad amicabilem compositionem sit remissa; reassumatur ejusmodi Commissio. Et lis tota vel amicabili compositione, vel per Austregas, vel denique juridicâ sententiâ coram competente decidatur: Comite Joanne Mauricio de Nassau ejusque fratribus, in apprehensa possessione absque ulla turbatione manentibus.

Domus Hanovica restituatur in Præfecturas Bobenhausen, Bischoffsheim am Stege, & Wildstätt.

Johannes Albertus Comes Solmensis in quadrantem urbis Buzbacensis & quatuor pagos adjacentes.

Itemque restituatur Domus de Solms-Hohensolms in bona sibi per confiscationem Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo adempta, non obstante Transactione desuper cum Domino Landgravio Georgio de Hassia postea facta.

Ita

1647.
Julius.

Ita & Domus Isenburgica restituatur in pristinum statum, non obstante Transactione cum Domino Landgravio Darmstadino inita eique annexis renunciationibus: In specie in pagos Geisheimb, Hexheimb & Weissenaw, sub prætextu juris retentionis à modernis possessoribus apprehensos.

1647.
Julius.

Rheingravii in suas Præfecturas Hoheneck & Wildenburg, & cætera omnia bona ac jura à vicinis usurpata.

Domus Falckenstein in castrum ejusdem nominis ceu Feudum Imperii. Quicquid etiam juris competit Comitibus de Ratzeburg cognominatis Löwenhaupt, in Comitatum Falckenstein in Palatinatu, & Præfecturam Bretzenhain in Archi-Episcopatu Coloniensi, nec non Baronatum Reipolskirch in districtu Hundsrück sita, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis adjudicabitur.

Domus Waldeck in possessionem vel quasi omnium jurium in Dynastia Didinghausen, & pagis Nidernaw & Niderschleudern, prout illis Anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto gavisi sunt.

Johannes Ernestus Comes Oetingensis in omnia, quæ Pater ipse Ludovicus Everhardus Anno millesimo sexcentesimo decimo octavo, & anno millesimo sexcentesimo vicesimo septimo possidebat, ipsi postea per Edictum adempta.

Domus Hohenloica in Dynastiam Weickersheim, & omnia ipsi ablata absque omni exceptione imprimis retentionis.

Fridericus Ludovicus Comes de Löwenstain & Wertheim in omnes suos Comitatus & Dynastias, quæ tempore hujus belli sequestratae, confiscatae aliisque cessæ fuerunt, in Politicis & Ecclesiasticis restituantur. Ferdinandus Carolus Comes de Löwenstain & Wertheim in omne id, quod defunctis ejus agnatis Georgio Ludovico & Johanne Casimiro sequestratum, confiscatum aliisque cessum est, in Politicis & Ecclesiasticis restituitur; Salvis tamen iis bonis & juribus, quæ Maria Christianæ filia dicti Georgii Ludovici de Löwenstain ex hæreditate paternâ & maternâ competunt, in quæ plenariè restituitur, pariter etiam Vidua Johannis Casimiri de Löwenstain in sua bona dotalitia & hypothecaria: reservato jure, si quod in supradicta competit Comiti Friderico Ludovico, vel amicabile compositione vel legitimo processu prosequendo.

Domus Erbacenensis, imprimis Georgius Albertus in Castrum Breubergicum omniaque ejus jura ipsi cum Domo Löwensteinensi communia, tam quoad præsidium ejusque directionem, quam cætera Civilia jura.

In Bohemia aliisque quibuscunque Provinciis Hæreditariis Imperatoris, Augustanæ Confessioni addictis subditis vel creditoribus, eorumve hæredibus, siue pro defensione innocentia suæ, vel recuperatione honorum suorum actiones intenderint aut prosecuti fuerint, siue nomina aut jura exegerint, Ius & Iustitia cetera respectum æquabiliter administraretur, reique judicatae executio sine mora tribuatur.

Contractus, permutationes, transactiones, obligationes & instrumenta debiti, vi metuque seu Statibus seu Subditis illicitè extorta, prout in specie queruntur Weissenburgum ad Rhenum, Landavia, Reidtinga, Hailbronna & plures alia, ut & redemptæ cessæque actiones, abolita atque ita annullatae sunt, ut ullum judicium actionemve hoc nomine intentare sit nefas. Quod si vero debitores instrumenta crediti vi metuque creditoribus extorserint, ea omnia restituantur, actionibus desuper salvis.

Fünftter Theil.

§ 2

Debi-

1647.
Julius.

Debita, sive emptionis, venditionis, annuorum reddituum, sive alio nomine vocentur, ab una alterave belligerantium parte in odium creditorum violenter extorta, denuo non exigantur. Quin & processus eo nomine decreti una cum transactionibus & promissionibus pro futura horum restitutione factis, vel potius illicite extortis, tollantur & enerventur, salvis tamen iis pecuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda eorum præsentissima & majora damna bono animo & intentione erogatae sunt, cujusmodi casus Weissenburgi ad Rhenum, Osnabrugis, & forte alibi contigisse dicuntur.

1647.
Julius.

Sententiæ tempore belli de rebus mere secularibus pronunciatae, non quidem omnino sint nullæ, ab effectu tamen rei judicatae suspendantur, donec Acta judicialiter (si alterutra pars intra semestre ab inita Pace spatium petiverit Revisionem) in judicio competenti, modo ordinario vel extraordinario in Imperio usitato revideantur, & æquabili jure ponderentur, atque ita dictæ sententiæ vel confirmentur vel emendentur, vel si nulliter latae sint plane rescindantur.

Siquæ etiam Feuda Regalia vel privata, ab Anno millesimo sexcentesimo decimo octavo non fuerant renovata, nec interim eorum nomine præstita servitia, nemini id fraudi esto, sed tempus repetendæ Investituræ a die factæ Pacis cedere incipiat, si quidem Vassallus legitima impedimenta, ob quæ renovationem Investituræ petere debito tempore, aut vero debita servitia ad factam sibi requisitionem præstare nequiverit, allegare & sufficienter probare possit.

Tandem omnes & singuli tam Bellici Officiales militesque, quam Consiliarii & Ministri Togati, Civiles & Ecclesiastici, quocunque nomine aut conditione censentur, qui uni alterive parti, earundemque fœderatis aut adhaerentibus toga vel sago militaverunt, a summo ad infimum, ab infimo ad summum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, successoribus, servitoribus, quoad personas & bona, in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ, libertatis, jurium ac privilegiorum statum, quo ante dictos motus gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque restituti sunt, nec eorum personis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio, vel accusatio intentator, multo minus ulla pœna damnumve quocunque prætextu irrogator.

Quæ Ordini Melitensi privilegia Pontifices, Imperatores, Reges, pro communi Christianitatis bono concesserunt, in hunc quidem diem confirmata, sed antea acti temporis iniquitate non parum in Imperio labefactata, in perpetuo deinceps per universam Germaniam ac inviolabili vigore permanento: neque præfati Ordinis vel administri vel bona, ullo contributionum aut alio quovis onere, pace bellove graventur.

Vidua & hæredes Comitis a Brandenstein, in omnia amissa bona & jura restituantur: Baro Paulus Kewenhüller, hæredes Cancellarii Löffleri, Marci Conradi, nec non Hieronymi a Rhelingen liberi & hæredes: Idem Marcus Antonius a Rhelingen, & quisque in omnia sibi per confiscationem adempta plenarie restituti sunt.

A dicta tamen universali restitutione excepta sunt, quæ restitui vel redhiberi nequeunt, mobilia & se moventia, fructus percepti, autoritate belligerantium partium interversa, nec non deposita, confiscata, legitime vendita, sponte donata.

Qui durante bello vacantia beneficia, commendas aut dignitates, sive Laicas sive Sæculares, ab una aliave parte impetrarunt, atque etiamnum possident,

1647.
Julius.

dent, fruantur iis quoque deinceps ad dies vita: ita tamen, ut post ipsorum obitum Ius nominandi, eligendi & quodcunque aliud ad pristinos Collatores plenarie redeat.

1647.
Julius.

Quia vero etiam causa Iuliacenſis Successionis inter Domos Electorales Saxoniam, Brandenburgicam & Palatinam Neoburgicam, nisi præveniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare poſſet; ideo conventum, ut ea quoque post Pacem confectam, vel amicabili compositione, vel ordinario processu coram Cæsarea Majestate sine mora dirimatur.

Cum etiam ad majorem Imperii tranquillitatem de controversiis circa bona Ecclesiastica & libertatem Exercitii Religionis, his ipsis de Pace universali Congressibus, certa quædam compositio inter Cæsarem, Electores, Principes & Status Imperii inita, atque Instrumento Pacis cum Plenipotentiaris Reginae & Coronæ Sueciæ erecto inserta fuerit, placuit eandem compositionem præſenti quoque Tractatu firmare & stabilire eo plane modo, ac si de verbo ad verbum huic inserta legeretur Instrumento.

Vt autem proviſum sit, ne posthac in Statu Politico controversiæ suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii in antiquis suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, vigore hujus Transactionis ita stabiliti firmatique sunt, ut a nullo unquam sub quocunque prætextu, de facto turbari poſſint & debeant.

Gaudeant sine contradictione Jure Suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii: præſertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum Ditiones exſtruenda nomine publico, veterave firmanda præſidiis, nec non ubi Pax aut Fœdera faciendæ, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint; nihil horum aut quidquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu.

Cum primis vero Ius faciendi inter se & cum exteris fœdera, pro sua cujusque conservatione ac securitate, singulis Statibus perpetuum liberum esto; ita tamen ne ejusmodi Fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, Pacemque ejus publicam, fiantque salvo per omnia juramento quo quisque Imperatori & Imperio obſtrictus est.

Habeantur autem Comitia Imperii intra menses a dato, postea vero quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitibus emendentur imprimis anteriorum Conventuum defectus, tum quoque de Electione Romanorum Regum certa constantique Cæsarea Capitulatione, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii præter eum, qui alias in Constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis Circulis, renovanda Matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione Imperii Collectarum, reformatione Politicæ & Justitiæ, taxæ sportularum in judicio Camerali, ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverunt, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.

Tam in universalibus vero quam particularibus Diatibus, Liberis Imperii Civitatibus, non minus quam cæteris Imperii Statibus competat Votum Decisivum: iisque rata & intacta maneat regalia, vectigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi, & inde dependentia, aliæque jura ab

1647. Imperatore & Imperio legitime impetrata vel usu longo obtenta, possessa & exercita cum omnimoda Jurisdictione intra muros & in territorio: cassatis, annullatis & in futurum prohibitis iis, quæ per repressalias, arresta, viarum occlusiones & alios actus præjudiciales, sive durante bello quocunque prætextu in contrarium facta, & propria autoritate huc usque attentata sunt, sive dehinc nullo præcedente legitimo juris & executionis ordine fieri attentarive poterunt, donec in petitorio aut possessorio aliud decisum judicatumque fuerit. De cætero omnes laudabiles consuetudines & Sacri Romani Imperii constitutiones & leges fundamentales impofterum religiose serventur, sublatis omnibus, quæ bellicorum temporum injuria irrepperunt confusionibus.

1647.
Julius.

Postarum Magistri in urbibus sint Germani natione, exempti ab oneribus personalibus, subjecti vero realibus.

Cum deinde Civitas Erfordiensis, se antiquitus Immediatam Imperii Civitatem fuisse prætendat, pro deducendis suis allegationibus ad ordinarij Imperii tribunalia remissa esto.

De indaganda aliqua ratione & modo æquitati convenienti, quo persecutiones actionum contra debitores, ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos moderate terminari, indeque nascituris majoribus incommodis etiam tranquillitati publicæ noxiis obviam iri possit, Cæsarea Majestas curabit exquiri tam Iudicii Aulici quam Cameralis vota & consilia, quæ in futuris Comitibus proponi & in constitutionem certam redigi possint. Interea tamen temporis in hujusmodi causis ad judicia tum summa Imperii, tum singularia Statuum delatis, circumstantiæ a partibus allegatæ bene ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur.

Et quia publice interest, ut facta Pace Commerciorum vicissim reflouescant, ideo conventum est, ut quæ eorum præjudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione & absque legitima autoritate inventa vel adacta sunt vectigalia, telonia, impositiones, ut & abusus Bullæ Brabantinæ indeque nata repressalia & arresta cum inductis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata postarum omniaque alia inusitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur, nihilque horum deinceps sine consensu Statuum maxime vero interessentium concedatur aut toleretur. Et Provinciis, Portibus, fluminibus quibuscunque suâ pristina securitas, jurisdictionis & usus, prout ante hos motus bellicos & a pluribus retro annis fuit, restituantur & inviolabiliter conserventur: Territoriorum, quæ flumina allunt & aliorum quorumcunque juribus privilegiis in suo pariter, quem antehac obtinuerunt, vigore manentibus.

Plena sit commerciorum libertas & transitus ubique locorum terra marique tutus, adeoque eadem omnibus & singulis utriusque partis & fœderatorum Vasallis, subditis, clientibus & incolis eundi, negotiandi redeundique potestas data sit, virtuteque præsentium concessa intelligatur, quæ unicuique ante Germaniæ motus passim competebat. Quos etiam Magistratus utrinque contra injustas oppressiones & violentias instar propriorum subditorum defendere ac protegere teneantur, hac conventionem ut & jure legeque cujusque loci per omnia salvis.

Quo magis autem & publicæ securitati prospiciatur, & Pax atque amicitia inter Imperatorem ac Christianissimum Regem firmari possit; ideo de

con-

1647. consensu, consilio & voluntate Electorum, Principum & Statuum Imperii 1647.
 Julius. pro bono Pacis conventum est. Julius.

Primo, quod supremum dominium, jura superioritatis, aliaque omnia in Episcopatum Metensem, Tullensem & Virodunensem, urbesque cognomines, horumque Episcopatum districtus & dioceses, cum omnibus Ducum, Principum, Comitum, Baronum Nobiliumque feudis, jure etiam clientelari, cæterisque rebus, quæ intra dictos fines ad Romanum Imperium hæctenus spectabant, & nominatim Mojenvicum, ad Coronam Gallia eodem modo deinceps spectare eique incorporari debeant in perpetuum & irrevocabiliter, citra ullam vel juris vel rei cujuscunque exceptionem; reservato tantum jure Metropolitano ad Archi-Episcopatum Trevirensis pertinente.

Restituatur in possessionem Episcopatus Virodunensis Dominus Franciscus Lotharingæ Dux tanquam legitimus Episcopus, & Episcopatum hunc pacifice administrare, ejusque & juribus (quatenus supradictæ cessione non repugnant) & redditibus fructibusque uti frui permittatur, dummodo prius præstiterit Regi Juramentum fidelitatis, nihilque molitur adversus Suae Majestatis Regni que commoda. Ita tamen ut Abbas Feuquierius maneat in pacifica possessione Abbatia ipsi ad nominationem Regis Christianissimi ante plures annos a Summo Pontifice collatæ.

Secundo, Imperator & Imperium cedunt transferuntque in perpetuum irrevocabiliter in Regem Christianissimum ejusque in Regno successores jus directi domini, superioritatis, & quodcunque aliud sibi & S. R. Imperio hæctenus in Pignarolam omnesque appertinentias competeat & competere poterat.

Dictarum ditionum feudorumque Ordines, Magistratus, Officiales & subditos Imperator cum universo Imperio exsolvunt vinculis ac sacramentis, quibus erga Imperatorem & Imperium huc usque obstricti fuerant, eosque ad subjectionem, obedientiam & fidelitatem Regi Regnoque Galliarum, ceu ab hoc die Supremo suo Domino præstandam remittunt obligantque, atque ita Galliam in plena justaque eorum superioritate, proprietate & possessione constituunt; renunciantes omnibus in ea juribus ac prætensionibus ex nunc in perpetuum. Et quidem cessionis hujus Instrumenta cum Imperatoris tum Imperii nomine rite confecta statim exhibebuntur.

Tertio: Imperator pro se totaque Serenissima Domo Austriaca, itemque Imperium, cedunt omnibus bonis ac redditibus, juribus, proprietatibus, dominiis, possessionibus, jurisdictionibus, quæ hæctenus sibi, Imperio, & Familia Austriacæ competeant in oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris ac Inferioris Alsatia, Suntgoviam in qua Comitatus Ferretis comprehenditur, Præfecturamque Provinciam Decem Civitatum Imperialium in Alsatia sitarum, scilicet Haguenau, Colmar, Slestat, Weissenburg, Landau, Oberhain, Roshaim, Munster in valle S. Gregorii, Keifersberg, Turrinckheim, omnesque pagos & alia quæcunque jura, quæ a dicta Præfectura dependent, eaque omnia & singula in Regem Christianissimum Regnumque Galliarum transferunt. Ita ut dictum oppidum Brisacum cum villis Hochstat, Niederrimbis, Harten & Acharren ad communitatem Civitatis Brisacensis pertinentibus, cumque omni territorio & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen ejusdem Civitatis privilegiis & immunitatibus a Domo Austriaca antehac obtentis & impetratis: Itemque dictus Landgraviatus utriusque Alsatia, & Suntgovia cum Comitatu Ferretis,
 tum

1647.
Junius.

tum etiam Pæfectura Provincialis in dictas Decem Civitates & loca dependentia: Item omnes Vasalli, Landsassii, subditi, homines, Vrbes, Oppida Castra, Villæ, Arces, sylvæ, foresta, argenti auri aliorumque mineralium fodinæ, flumina, rivi, pascua, omniaque jura, Regalia & appertinentiæ absque ulla reservatione, cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate supremoque Dominio, a modo in perpetuum ad Regem Christianissimum Regnumque Gallia pertineant, & dicto Regno incorporata intelligantur absque Cæsaris, Imperii Domusque Austriacæ vel cujuscunque alterius contradictione, adeo ut nullus omnino Imperator aut Familia Austriacæ Princeps, quicquam juris aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereendere vel usurpare possit aut debeat, non obstantibus ullis donationibus, concessionibus, translationibus, venditionibus, aut aliis alienationibus quomodolibet factis. Sit tamen Rex obligatus in his omnibus & singulis locis Catholicam conservare Religionem, quemadmodum sub Austriacis Principibus conservata fuit, omnesque quæ durante hoc bello novitates irrespserunt, remove.

1647.
Julius.

Titulis & insignibus utriusque Alsatiæ, Suntgoviæ, Ferretis, quarumque ditionum mentio superius facta est, abstineant imposterum Imperator & omnes Domus Austriacæ Principes, iisque uti Christianissimus Rex solus possit.

Imperator, Imperium, & Dominus Archi-Dux Oenipontanus Ferdinandus Carolus exsolvunt Ordines, Officiales & subditos singulorum supradictorum locorum vinculis & sacramentis, quibus huc usque sibi Domuique Austriacæ obstricti fuerant, eosque ad homagium & obsequia Christianissimo Regi Regnoque Gallia præstanda remittunt, atque ita Galliam in plena justaque eorum Superioritate, proprietate & possessione constituunt, renunciantes omnibus in ea juribus ac præensionibus ex nunc in perpetuum: Idque pro se suisque posteris Imperator, dictusque Dominus Archi Dux, & ejus frater quamprimum majores ætate fuerint, interim vero Serenissima Domina Mater & Tutrix peculiari Diplomate tum ipsi confirmabunt, tum efficiunt, ut a Rege Hispaniarum Catholico eadem quoque renunciatio in authentica forma extradatur. Quod & Imperii & totius Domus Austriacæ nomine fiet, quo die subsignabitur præsens Tractatus.

Si autem quisquam sub quocunque prætextu aliquid juris in Alsatiam, Suntgoviæ, Comitatum Ferretis, Brisacum, aut pertinentias olim prætenderet, tenebitur Imperator cum universo Imperio præstare eventum istiusmodi actionis, & indemnem eo nomine Galliam reddere.

Quarto, Christianissimæ Majestati ejusque in Regno successoribus de consensu Imperatoris totiusque Imperii, perpetuum jus sit tenendi præsidium in Castro Philipsburg protectionis ergo, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui vicinis justam suspicionis causam præbere non possit, sumptibus dumtaxat Coronæ Gallia sustentandum. Patere etiam debet Regi liber transitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum, & cætera omnia quibus & quoties opus fuerit. Regis tamen sumptibus, & sine damno Statuum Ordinumque Imperii, ejusmodi transitus evententecafu per eorum ditiones instituantur. Tum etiam præter protectionem præsidium & transitum in dictum Castrum Philipsburg nihil ulterius prætendet, sed ipsa proprietates, omnimoda Jurisdictio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura, regalia, servitutes, homines, subditi, Vasalli, & quidquid omnino antiquitus ibidem, & in totius Episcopatus Spirensis Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu, Episcopo & Capitulo Spirensi compete-

1647. petebat & competere poterat, eisdem impostero quoque salva, integra, il-
Julius. laesa, excepto tantum jure protectionis, permancant.

1647.
Julius.

Ad majorem supradictarum cessionum & alienationum validitatem, Imperator & Imperium, vigore praesentis Transactionis, expresse derogant omnibus & singulis praedecessorum Imperatorum Sacrique Imperii Romani Decretis, Constitutionibus, Statutis & consuetudinibus, etiam juramento firmatis aut impostero firmandis, nominatimque Capitulationi Caesareae, quatenus alienatio omnimoda bonorum & jurium Imperii prohibetur: simulque in perpetuum excludunt omnes exceptiones, & restitutionis vias, quocumque tandem jure titulove fundari possent.

Conventum est insuper, ut in proximis Imperii Comitiis ratae sint supradictarum ditionum juriumque abalienationes; ac proinde si in Caesarea Capitulatione pactio, vel in Comitiis propositio deinceps fiat de occupatis distractisve Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectatur aut completi intelligatur res supra expressas, utpote ex communi Ordinum sententia pro publica tranquillitate, & quidem titulo oneroso (quod infra videre est,) in alterius Dominium legitime translatae. Atque easdem in hunc finem de Imperii Matricula expungit placet.

Statim a restitutione Benfeldae, aequabuntur solo ejusdem oppidi munitiones tam veteres quam modernae, nec non adjacentis fortalitii Rheinaw, sicuti quoque Tabernarum Alfariae, Castris Hobenbar, & Neoburgi ad Rhenum: neque in praedictis locis ullus miles praefidiarius haberi poterit.

Magistratus & Incolae dictae Civitatis Tabernarum Neutralitatem accurate servent, pateatque ille Regio militi & commeatui aliisque rebus necessariis, quoties opus fuerit, tutus ac liber transitus.

Nullae ad Rhenum munitiones in citeriori ripa exstrui poterunt Basileae usque Philippiburgum, neque ullo molimine defecti aut intercervi fluminis cursus ab una alterave parte.

Quod ad aes alienum attinet, quo Camera Ensisheimiana gravata est, Dominus Archi-Dux Ferdinandus Carolus recipiet in se cum ea parte Provinciae, quam Rex Christianissimus ipsi restituere debet, tertiam omnium debitorum partem sine distinctione, sive chyrographaria, sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica, & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel si nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Cameram Ensisheimianam respondentium usque ad finem Anni millesimi sexcentissimi trigesimi secundi agnita, atque inter debita & credita illius recensita fuerint, & pensionum annuarum solutio dictae Camerae incubuerit; eamque dissolvat, Regem pro tali quota indemnem penitus praestando.

Quae vero debita Collegiis ordinum ex singulari per Austriacos Principes, cum ipsis in Diets Provincialibus inita conventionione attributa, aut ab ipsis Ordinibus communi nomine contracta sunt, iisque solvenda incumbunt, debet inter eos, qui in ditionem Regis veniunt, atque illos, qui sub dominio Domus Austriae remanent, iniri conveniens distributio, ut unaquaeque pars sciat, quantum sibi aeris alieni dissolvendum restet.

Rex Christianissimus re & facto infra tempus sequenti articulo expressum restituet Domui Austriae, & in specie supradicto Domino Archiduci Ferdinando Carolo, primogenito quondam Archiducis Leopoldi filio,
Zünster Zheil. u quatuor

1647.
Julius.

quatuor Civitates Sylvestres, Rheinfelden, Seckingen, Lauffenberg & Waldshutum, cum omnibus Territoriis & Balivatibus, Villis, pagis, molendinis, sylvis, forestis, Vafallis, subditis, omnibusque appertinentiis cis & ultra Rhenum; Itemque Comitatum Hawenstein, Sylvam Nigram, totamque Superiorem & Inferiorem Brisgoviam & Civitates in ea sitas antiquo jure ad Domum Austriacam spectantes, scilicet Neuburg, Freyburg, Endingen, Kentzingen, Waltskirch, Villingen, Breunlingen cum omnibus earum territoriis; Item cum omnibus Monasteriis, Abbatibus, Prælatibus, Præposituris, Ordinibusque Equestrum Commendatariis, cum omnibus Balivatibus, Baronatibus, Castris, Fortalitiis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vafallis, hominibus, subditis, fluminibus, rivis, forestis, sylvis, omnibusque Regaliis, juribus, jurisdictionibus, feudis & patronatibus, cæterisque omnibus & singulis ad sublimem territorii Jus patrimoniumque Domus Austriacæ in toto isto tractu antiquitus spectantibus.

1647.
Julius.

Totam item Ornaviam cum Civitatibus Imperialibus Offenbourg, Gengebach, & Cella am Ammersbach, quatenus scilicet Præfecturæ Ornaviensi obnoxia sunt, omnes item Ditiones, Baronatus & Dynastias per Sveviæ Tractum hætenus armis bellicis occupatas, adeo ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam juris aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereundere aut usurpare possit aut debeat, non obstantibus ullis donationibus, concessionibus, translationibus, venditionibus aut aliis alienationibus quomodolibet factis: ita tamen, ut Austriacis Principibus prædicta restitutione nihil novi juris acquiratur.

Libera sint in universum, inter utriusque Rheni ripæ & Provinciarum utrinque adjacentium incolæ, commercia & comæatus. Imprimis verò libera sit Rheni navigatio, ac neutri parti permillum esto, naves transeuntes, descendentes aut ascendentes impedire, detinere, arrestare aut molestare quocumque prætextu, sola inspectione, quæ ad perferendas aut visitandas merces fieri consuevit, excepta; nec etiam liceat nova & insolita vectigalia, pædagia, passagia, datia, aut alias ejusmodi exactiones ad Rhenum imponere, sed utraque pars contenta maneat vectigalibus & datiiis ordinariis ante hoc bellum sub Austriacorum gubernatione ibidem præstari solitis.

Omnes Vafalli, Landfaffii, Subditi, Cives, Incolæ, quicunque cis & ultra Rhenum Domini Austriacæ subiecti erant, sicut etiam illi, qui immediatè Imperio subiecti erant, vel alios Imperii Ordines ut Superiores recognoscunt, non obstante qualicumque confiscatione, translatione, donatione, per Ducem Bernardum Vinariensem, aliosque militiæ Suevicæ Præfectos post occupatam Provinciam facta, perque Regem Christi. ratificata, aut proprio motu decreta, statim post publicatam Pacem bonis suis immobilibus & stabilibus, sive corporalia sive incorporalia sint, Villis, Castris, Oppidis, fundis, possessionibus restitui debent, citra ullam exceptionem meliorationum, expensarum, sumptuum, compensationum, quas moderni possessores quomodolibet objicere possent, & citra restitutionem mobilium ac se moventium & fructuum præceptorum. Quod verò ad confiscationes rerum in pondere, numero & mensura consistentium, exactiones, concussiones atque extorsiones intuitu belli factas attinet, earum repetitio ad amputandas lites utrinque penitus cassata & sublata esto.

Teneatur Rex Christianissimus non solum Episcopos Argentinensem & Basiliensem, sed etiam reliquos per utramque Alfatiam, Romano Imperio immediate subiectos Ordines, Abbates Murbacensem & Luderensem, Abbatissam Andlaviensem, Monasterium in Valle St. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzelftain, Comites & Barones de Hanaw, Fleckenstein, Oberstain,

1647.
Julius.

stain, totiusque Inferioris Alsatia Nobilitatem: item prædictas decem Civitates, quæ Præfecturam Haguenensem agnoscunt, in ea libertate & possessione Immediatatis erga Imperium Romanum, qua hæctenus gavisæ sunt, relinquere: ita ut nullam ulterius in eos Regiam superioritatem prætere possit, sed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Austriacam spectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Gallia ceduntur. Ita tamen, ut præsentis hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni supremi Domini jure, quod supra concessum est.

Item Rex Christianissimus pro recompensatione partium ipsi cessarum, dicto Domino Archi-Duci Ferdinando Carolo solvi curabit tres milliones librarum Turonensium annis proxime sequentibus, scilicet millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, quadragesimo nono, & quinquagesimo, in Festo Sancti Joannis Baptistæ, quolibet anno tertiam partem in moneta bona & proba Basileæ ad manus Domini Archi-Ducis ejusve Deputatorum.

Præter dictam pecuniæ quantitatem Rex Christianissimus tenebitur in se recipere duas tertias debitorum Camera Enfishemianæ, sine distinctione, sive chyrographaria, sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica, & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel si nullam habeant, in libellis rationariis Receptorum ad Camera Enfishemianam respondentium usque ad finem Anni millesimi sexcententesimi trigesimali secundi agnita, atque inter credita & debita illius recensita fuerint, & pensitationum annuarum solutio dictæ Camera incubuerit, easque dissolvat; Archi-Ducem pro tali quota penitus indemnem præstando. Utque id æquius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commissarii statim a subscripto Tractatu Pacis, qui ante primæ pensionis solutionem convenient, quænam nomina utriusque parte expungenda erunt.

Curabit Rex Christianissimus præfato Domino Archi-Duci bona fide absque ulla mora & retardatione restitui omnia & singula literaria Documenta, cujuscunque illa generis sint, quæ terras eidem restituendas concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis & Camera Enfishemianæ, aut Bri-faci, vel etiam in custodia Officialium Oppidorum & Arcium occupatarum reperiuntur.

Quod si talia Documenta sint publica, quæ cessas etiam terras pro indiviso concernunt, de his Archi-Duci exempla authentica, quotiescunque requisierit, edentur.

Postremo, quoniam tamdiu concupita, sperari parum diuturna Pax possit, si exteris sese bellis porro adjungeret Imperator, sive ipsi post redintegratam cum Christianissimo Rege amicitiam integrum utique foret Gallia hostibus assistere: Ideo cautum ac conventum est, ne Cæsarea Majestas ullo uspiam, nec Imperii, nec ditionum suarum hæreditariarum milite, ullisve viribus & auxiliis, directe vel indirecte, Hispania Regem aut Ducem Carolum, (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) adversus Regem Christianissimum juvet, aut a suis quoquo modo juvari patiatur.

Consequenter, neque in Imperio neque in hæreditariis Domus Austriae Provinciis militum delectus, stativa seu diribitoria, transitum vel commeatum habere, præfatis Regi Hispania Ducique Carolo, neque per Imperatorem neque per ullum Imperii Statum, licebit.

Hæ omnes & singula Pacis atque concordia leges quominus a quoquam quovis tempore aut prætextu violentur, Electores, Principes, cæterique Imperii Status se omnibus modis viribusque obstituros recipiunt.

Zwölffter Theil.

II 2

Item

1647.
Julius.

1647.
Julius.

Item, ne controversiæ inter Dominos Sabaudia & Mantua Duces ratione Montisferrati, authoribus inclytæ recordationis Ferdinando II. Imperatore, & Ludovico XIII. Galliarum Rege, suarum Majestatum parentibus definitæ & terminatæ, in Christiana Republica perniciem aliquando recrudescant, conventum est, quod Tractatus Cherasci 6. Aprilis 1631. cum subsequuta super eodem Ducatu Montisferrati executione, firmus stabilisque in omnibus suis articulis in perpetuum manebit: excepto tamen Pinarolo ac pertinentiis Christianissimo Regi Regnoque Galliaë acquisitis per peculiare Tractatus, quæ eadem stabilitate & firmitate consistent. Ideoque & Imperatoria & Christianissima Majestas vicissim promittunt, se cæteris omnibus tam ad prædictum Tractatum Cherascensem quam executionem spectantibus, & in specie Albam, Trinum eorumque territoria & reliqua loca, nunquam directe aut indirecte, specie juris aut via facti contraveniunt, neque ullo auxilio vel favore contravenientem adjuvuras, quinimo communi autoritate datum iri operam, ut nea quoquam quovis prætextu violetur.

1647.
Julius.

Ut autem omnium diffidorum & controversiarum semina inter eosdem Duces penitus extirpentur, quadringenta & nonaginta quatuor aureorum millia, quæ inclytæ memoriæ Christianissimus Rex Ludovicus XIII. in exonus Dom. Ducis Sabaudiaë, se Domino Duci Mantuaë soluturum spondit, Christianissima Majestas præsentem paratæ pecunia dicto Domino Duci Mantuaë numerari faciet. Et propterea Dm. Ducem Sabaudiaë ejusque Hæredes & Successores ab ea obligatione omnino relevabit, præstabitque indemnem, adeo ut in posterum ejus nomine, colore, ratione aut prætextu Dominus Dux Sabaudiaë Hæredes aut Successores nullam omnino juris vel facti molestiam aut vexationem a Domino Duce Mantuaë Hæredibus aut Successoribus ejus patiatur. Qui ab hoc die & a modo in antea, cum autoritate & consensu Cæsareæ & Christianissimæ Majestatis, solemnè hujus publicæ Pacis Instrumenti vigore, nullam penitus in tota hac causa actionem contra Dominum Ducem Sabaudiaë ejusque Hæredes & Successores exercere poterunt.

Cæsarea Majestas decenter requisita concedet Domino Duci Sabaudiaë una cum Investitura antiquorum Feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Ferdinandus II. Duci Sabaudiaë Victori Amadeo concesserat, Investituram quoque locorum, ditionum, Statuum omniumque Iurium Montisferrati cum appertinentiis, quæ illi vigore prædicti Tractatus Cherascensis, nec non executionis inde subsequutæ decreta & remissa fuerunt; sicuti quoque Feudorum novelli Monfortis, Sini, Moncherii & Castelletti cum appertinentiis, juxta tenorem Instrumenti acquisitionis ab eodem Duce Victore Amadeo factæ sub 13. Octobris 1634. & congruenter concessionibus seu permissionibus, nec non approbationibus Cæsareæ Majestatis, cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudiaë Ducibus hæctenus indulta fuerunt, quotiescunque a Domino Duce Sabaudiaë requirentur & postulabuntur.

Item conventum est, quod Dux Sabaudiaë, hæredes & successores nullatenus a Cæsarea Majestate turbentur aut inquietentur, in superioritate seu jure superioritatis, quod habent in Feudis Rocheverani, Olmi & Cefolæ cum appertinentiis, quæ a Romano Imperio nulla ratione dependent, & revocatis annullatisque donationibus & investituris, in dictorum feudorum possessione seu quasi Dominus Dux manuteneatur, & quatenus opus sit, redintegretur, parique ratione ejusdem Vasallus Comes Verrucæ, quoad eadem Feuda Olmi, Cefolæ & quartæ partis Rocheverani suæ possessioni seu quasi restituitur, & in eadem plenissime cum fructibus omnibus redintegretur.

Item conventum est, quod Cæsarea Majestas restitui faciat Comitibus Clemen-

1647.
Julius.

Clementi & Ioanni filiis, nec non & Nepotibus ex filio Octaviano Comitibus Caroli Cacherani integrum feudum Rochæ, Arazii, cum appertinentiis & dependentibus, una cum fructibus, a die quo fuerunt de possessione dejecti, quibuscuque non obstantibus.

Similiter declarabit Imperator in Investitura Ducatus Mantuæ comprehendi Castra Reggioli & Luzzara cum suis Territoriis & Dependentibus, quorum possessionem Dux Guastallæ Domino Duci Mantuæ restituere tenentur.

E quoniam a Camera Imperiali Spirensi contra quosdam Helvetiæ Cantones processus decreti, mandata emissa, arresta quoque nec non executiones tentatæ sunt: id quod libertati & omnimodæ superioritati, qua gaudent, contrarium est, & motus periculosos excitare possit: ea propter ad firmandam Pacem & tranquillitatem publicam vigore præsentis Transactionis conventum est, ut omnes & singuli ejusmodi processus decreti, sententiæ latæ, mandata, arresta, quæque præterea a dicta Camera Spirensi contra unum vel alterum totius Corporis Helvetici membrum, eorumve Cives, subditos & clientes, universos & singulos, nominatim contra Civitatem & Cives Basilienses quocumque modo aut prætextu facta attentatæque sunt, plane sublata, rescissa atque abolita sint, nec in posterum ulla ratione, aut via tituloque tale quid attentetur.

Illustrissima Domus Hasso-Cassellana, omnesque in ejus Principes, maxime Domina Amelia Elisabetha Hassico-Landgravia, ut & ejus Filius Dominus Wilhelmus, illorumque Hæredes, Ministri, Officiales, Vasalli, Subditi, Milites, & alii quocumque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis pactis, processibus, proscriptionibus, declarationibus, sententiis, executionibus & transactionibus, sed illis omnibus, ut & actionibus vel prætensionibus, ratione damnorum & injuriarum tam neutralium quam belligerantium annullatis, non solum universalis Amnistie supra sancitæ, & ad initium bellici Bohemici reductæ, sed etiam omnium aliorum beneficiorum hujus & Religiosæ Pacis cæterarumque Imperii Constitutionum, quæ reliquis, imprimis vero Augustanæ Confessionis addictis Statibus & subditis competunt, pari cum iis jure in Politicis & Ecclesiasticis, absque ulla limitatione, plenarie participes sunt.

Domus Hasso-Cassellana ejusque Successores concessam ipsis ab Imperatore Abbatiam Hirsfeldensem cum omnibus pertinentiis, sive intra sive extra territorium, (ut Præpositura Gellingen) sitis, Secularibus & Ecclesiasticis, retineant in perpetuum, & eo nomine a Cæsarea Majestæte toties quoties casus evenerit, Investituram petant & fidelitatem præstent.

Controversia super successione Marpurgensi inter Domum Hasso-Cassellanam & Darmstadinam, vigore hujus Pacificationis, hoc modo decisa & determinata est, ut Domus Hasso-Darmstadinam ante omnia restituat ditiones, territoria, & jura patrimonialia Cassellana, ad supra dictam successorem non pertinentia, sed fructuum, interesse & expensarum titulo, durantibus hisce motibus amissa, ut sunt Comitatus Inferior Cattimelibocensis, una cum vectigalibus, mobilibus, tormentis & omnibus aliis pertinentiis, pars Cassellana urbis & Præfecturæ Umstadiensis, Rens, Dynastia Schmalkaldensis junctis suis Vogtejis, Academia Marpurgensis, nec non præcedentiæ aliaque jura, in quorum possessione antehac, circa concessionem officiorum Hassiæ hæreditariorum, Feudorum, Waldeccensis, Goddelsheimensis & Grunebecensis fuit Linea Hasso-Cassellana. Deinde, ut dimidiam hæreditatis Marpurgensis partem lineæ Hasso-Cassellanae, juxta Testamentum Domini Ludovici Senioris

1647.
Julius.

1647. Hassiæ Landgravii, Anno 1604. in Judicio Aufstregarum per sententiam adjudicatam, & ab illa usque ad Annum 1624. possessam, cum omnibus mobilibus, urbaniis, registris, libris censualibus & aliis pertinentiis restituat, Domus autem Cassellana è contra, non solum omnes fructus à Domo Darmstadiana perceptos, interesse & expensas, sed etiam ulterius, non obstante Testamento & Aufstregarum sententia, quartam partem jam dictæ portiois Cassellanæ remittat, ita tamen, ut salva antiqua hæreditatis divisione & æstimatione, Lineæ Cassellanæ electio relinquatur, in quibus Præfecturis modo dictam quartam assignare velit, & Linea Darmstadiana æs alienum ab illa contractum una cum pensionibus aliisque oneribus sola exsolvat, debita autem hæreditaria pro rata agnoscat, nec ministris aut subditis, qui Domui Cassellanæ jurarunt aut adhæserunt, ullam molestiam inferat; Nec liceat uni alteri patrium huic conventioni, sub prætextu dissensus, contradictionis, protestationis, reservationis, testamenti, executionis, transactionis aut sanctionis pragmaticæ, damni, fructuum, actionis petitorii, aut quacunque alia ratione contravenire, aut ulterius quicquam juris sibi in futurum arrogare, aut contra hanc irrevocabilem decisionem, sive judicialiter sive extrajudicialiter, movere, sed illis omnibus, vigore hujus Pacificationis in quemcunque casum sublatis, utraque pars perpetua & quæta Domini & possessionis securitate gaudeat.

1647.
Julius.

Pacta confraternitatis & unionis inter Domos Saxoniam, Brandenburgicam & Hassiacam inita, ut & pacta gentilitia Principatus Hassiaci de An. 1568. in Domini Philippi Senioris Hassiæ Landgravii p. m. Testamento radicata, nec non privilegium Primogenituræ Lineæ Hassio-Cassellanæ à Cæs. Majestate antehac concessum, item pacta inter Dominum Landgravium tutorio nomine & Domum Hanovicam super eventuali successione in Comitatu Hanovico Müntzenbergenfi 26. Julii An. 1643. conventa, vigore hujus Pacificationis rata firmaque sint, & à Sacra Cæs. Majestate debita cum reverentia desuper audeunda, cum majorennitatis indulto confirmantur.

Transactio inter defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium, & Dominos Christianum & Wolradum Comites Waldeccæ, 11. Aprilis, 1635. facta; non minus vigore hujus Pacificationis plenissimum robur obtineat.

Conventum præterea est, ut Satisfactionis & indemnitis loco, jura directi & utilis Domini in quatuor Præfecturas Schawenburg, Buckenburg, Saxenhagen & Statthagen, cum omnibus pertinentiis, Episcopatus Mindano antehac asserta & adjudicata, imposterum ad Dominum Wilhelmum modernum Hassiæ Landgravium, ejusque Successores Hassiæ Principes, plenarie in perpetuum, citra ulteriorem dicti Episcopatus aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem, pertineant, salvis tamen iis, quæ in Præfectura Schaumburgenfi Duces Brunsvicenses & Luneburgenfes jure prætere & evincere poterunt, & transactione inter Dominam Landgraviam, & Dominum Philippum Comitem Schaumburgensem super Comitatu Schaumburgenfi, Monasterii die . . Julii 1647. inita, in suo vigore permanente.

Deinde, ut pendantur Dominæ Landgraviæ Tutrici, ejusque filio Domino Wilhelmo, ut & ejus successoribus Hassiæ Principibus, octies centena Thalerorum Imperialium millia, hoc tamen modo, ut dimidiam partem in præfenti pecunia, residuum vero accipiant in terris fundisque jure pignoris, cum omni jurisdictione & superioritate possidendis, donec restantia quadringenta millia Imperialium Thalerorum Cassellis persolvantur: quod ubi factum fuerit, dictus Dominus Landgravius ejusve successores de terris locisque hypothecæ obligatis sine mora decedent.

Mi-

1647. Militibus Hassiacis eodem modo, quo Suecicis, secundum proportionem
Julius. satisfiat.

1647.
Julius.

His præstitis, restituet Domina Landgravia omnes Provincias & Episcopatus, nec non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, fortalitia & propugnacula inter hæc bella ab illa occupata, ita tamen, ut non solum omnia tormenta, arma, comæatus, annona, globi, munitiones ut vocant, pulvis tormentarius, & quæ præterea ad apparatus bellicum pertinent, per subditos avehenda, Domine Landgraviæ & supradictis successoribus permaneant, sed ut etiam fortificationes & valla extructa destruantur.

PACEM hoc modo conclusam promittunt Cæsarei & Regii Ordinumque Imperii Plenipotentarii, respective ab Imperatore & Rege Christianissimo Sacrique Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus, ad formam hic mutuo placitam ratihabitum iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solemniter Ratihabitionum Instrumenta intra spatium trium Mensium Monasterii Westphalorum præsententur, & reciproce riteque commutentur. Interim factio inter exercitus Armistitio, cesset omnis hostilitas, & quæ supra conventa sunt, incipient executioni mandari.

Deinde omnes & singuli utriusque partis captivi, citra discrimen sægi vel togæ, interque hos nominatim Princeps Lusitanæ Eduardus, eo modo, quo inter Exercituum Duces convenietur, liberi dimittantur.

Tum, quæ de universali ac particulari Statuum aliorumque restitutione supra transacta sunt, per Cæsarea Mandata sine clausula, in singulis Circulis intra præfatum terminum executioni mandentur, atque Ratihabitionum Instrumenta mutuo extradantur, actum statim omnia partis utriusque militaria præsidia, sive Imperatoris & Imperii ejusque sociorum & fœderatorum, sive Regis Christianissimi, Regni Galliæ & Domine Landgraviæ Hassiæ eorumve fœderatorum & adhærentium, aliove quocunque nomine imposta fuerint, e locis restituendis sine damno & noxa Civium, Incolarum & Provinciarum deducantur.

Loca ipsa, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Castella, Fortalitia, tum quæ per terras Imperatoris Domusque Austriacæ hæreditarias quam per Imperium ab utraque parte occupata & detenta sunt, pristinis & legitimis suis possessoribus & Dominis, sive Mediatæ sive Immediatæ Imperii Satus sint, aut Immediatæ Imperiali gaudeant, per totum Imperium tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus, tum etiam Nobilibus Immediatis, absque mora restituantur, liberæque eorum dispositioni de jure & consuetudine vigoreque præsentis Transactionis ipsis competenti permittantur, non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum legitimorum Dominorum possessorumve præjudicium acquisitis, salvis tamen iis, quæ in præcedentibus articulis, sive Regi Christianissimo Regnoque Galliæ cessã, sive aliter speciatim excepta & disposita sunt; atque hæc locorum occupatorum restitutio dicto modo & tempore tam a Cæsarea quam a Regia Majestare, & omnibus utriusque fœderatis atque adhærentibus fiet bona fide. Ita tamen, ut utrique parti liceat, quas in locis restituendis extruxit, munitiones disjicere.

Quod autem ad Castra Ehrenbreitstein & Hammerstein attinet, Imperator statim post confirmatam Pacem, suum & Ducis Caroli tanquam Cæsareani belli Generalis, præsidium inde deducet, illaque Castra in manus Domini Electoris Trevirensis, ejusdemque Capituli Metropolitanæ, pari potestate pro Imperio & Electoratu custodienda tradet, quo nomine & Capitaneus

1647.
Julius.

neus & novum præsidium ibi ab Electore constituendum, juramento fidelitatis pro ipso ejusque Capitulo pariter obstringi debebunt; qua restitutione prædictorum Castrorum ad hunc modum plenarie expleta, Regia Christianissima Majestas omnia loca virtute hujus Tractatus restituenda, absque mora præsidio liberabit, eaque Imperio & veris suis Dominis, ut supra dictum est, restituet.

1647.
Julius.

Restituantur etiam Archiva aliaque mobilia, quæ in dictis locis adhuc salva reperiuntur, sed tormenta bellica cum suis annexis reliquoque apparatu bellico, ibi reperta vel quæ aliunde eo invecta fuerant, secum avehere & exportare, discedentibus liceat. Teneanturque subditi cujusque loci, iisdem necessarios currus, equos & naves pro omnibus necessariis exportandis, ad loca destinata, absque pretio subministrare, quæ & restituere debent Præfecti præsidiorum hoc modo discedentium, sine dolo & fraude.

Reddita vero, sive maritima & limitanea, sive mediterranea fuerint, dicta loca ab ulterioribus omnibus occasione horum bellorum introductis præditiis perpetuo posthac libera sunt.

Denique omnium belligerantium in Imperio partium copiarum & exercitus dimittantur & exauctorentur, eumque duntaxat præsidiariorum numerum Imperator retineat, qui ejus urbibus arcibusve imponi pacis tempore consuevit: Rex vero Christianissimus, quantum par est, tuendis locis Majestati Suae per hunc Tractatum acquisitis, ita tamen, ne vicinis justa suspicionis causa præbeatur.

Ut autem tutius stabilietur Pax, omnisque armorum merus & suspicio tollatur, exauctoratio militum palam & sub oculis Imperii totius fiat, ab Imperatore quidem eis Danubium in Bohemia, & a Christianissimo Rege ad Rhenum, nisi aliis bellis implicitis Germanum militem retinere velit, quo casu educere illum statim è finibus Imperii tenebitur.

Pro majori horum omnium & singulorum punctorum firmitudine & securitate, sit hæc Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio Cæsareæ Capitulationi inferenda, obligans non minus absentes quam præsentis, Ecclesiasticos æque ac Politicos Imperii Status & alios: eaque tam Cæsareis Procerumque Consiliariis, quam Tribunalium omnium Judicibus & Assessoribus, tanquam regula, quam perpetuo sequantur, præscripta.

Contra hanc Transactionem ullumve ejus articulum aut clausulam, nulla jura Canonica vel Civilia, communia vel specialia Privilegia, Indulta, Edicta, Commissiones, Inhibitiones, mandata, decreta, rescripta, litispentia, quocumque tempore latae sententiæ, res judicatae, Religiosorum Ordinum Regulæ aut exemptiones, protestationes, contradictiones, proscriptiones, confiscationes, investituræ, transactiones, præteriti aut futuri temporis, seu dediticia seu alia pacta, multo minus Edictum Anni 1629. vel Transactio Pragensis aut Concordata cum Pontificibus, aut Interimistica Anni 1548. nec etiam ulla Statuta, sive Politica sive Ecclesiastica, decreta, dispensationes, absolutiones, vel ullæ aliæ quocumque nomine vel prætextu excogitari poterint exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur: Nec uspiam contra eas in Petitorio aut Possessorio, seu inhibitorio aut alii processus decernantur.

Omnes hujus Transactionis consortes, Imperator, Rex Christianissimus, Electores, Principes Statusque Germaniæ, uti & Serenissima Regina Regnumque Sueciæ, teneantur universas & singulas hujus Pacis leges, contra

1647.
Nov.

contra quemcunque tueri & protegere; Jamque ex hoc die & vigore præsentis Transactionis, perpetuo sese invicem sanctissimoque fœdere obstringunt, quod quicumque Tractatus hujus pacta violarit, eum tanquam Imperii & publicæ tranquillitatis hostem communibus armis impetent, donec cessaverit contraventio. Et quidem læsus lædentem imprimis à via facti, ut convenit, dehortetur, causa ipsa vel amicabili compositioni, vel juris disceptationi submissa, verum tamen si neutro horum modorum intra spatium quatuor mensium terminetur controversia, teneantur omnes & singuli dicti comproectores junctis cum parte læsa consilii viribusque arma sumere ad repellendam injuriam statim atque post mensem, ex quo fuerint ab injuriâ passo moniti, quod nec amicitia nec juris via locum invenerit.

1647.
Nov.

Qui vero huic Transactioni consilio vel ope contravenerit, sive Clericus sive Laicus fuerit, pœnam fractæ Pacis incurrat, honore, dignitate, bonis juribusque privandus.

Hac Pacificatione comprehendantur ex parte Imperatoris

Ex parte vero Regis Christianissimi

In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur, tam Cæsareani quam Regii, ut & Electorum, Principum ac Statum Imperii Plenipotentiarum, præsens Pacis Instrumentum manibus sigillisque propriis munierunt & firmarunt, Monasterii Westphalorum, die . . . Mensis . . . Anno Domini 1647.

§. III.

Der Französische Satisfactions Punct wird verglichen.

Hierauf wurde nun in langer Zeit, bis in den Monath Novembris, zwischen denen Kaiserlichen und Franzosen nichts hauptsächliches gehandelt, da mittler Zeit der Graf von Trautmannsdorff nach Wien reifete, und die Tractaten mit den Schweden und Protestanten fortgesetzt wurden. Da aber im Novembr. die Haupt-Handlung mit den Schwedischen wieder angehoben werden sollte, und die Franzosen sahen, daß ihre längere Aufzüge ihnen selbst keinen Vortheil schafften; so

kam man durch Hülffe der Mediatoren, wegen des Französischen Satisfactions-Puncts, dergestalt überein, wie die Formula des darüber verfaßten Articul sub N. I. zeigt, welche am 17en Novembris von denen Legations-Secretariis subscribiret wurde; woneben zugleich das Project der Kaiserlichen Cession, über die an Frankreich, pro Satisfactione überlassene Provincien und Orte, Inhalts N. II. gefertigt wurde.

N. I.

Punctum Satisfactionis Coronæ Gallie inserendum de verbo ad verbum Tractatus Pacis Germanicæ, absque ulla facultate addendi, demendi, mutandive.

Quo magis autem & publicæ securitati prospiciatur & pax stabilius firmari

Fünftes Theil.

Æ

mar

1647.
Nov.

1647.
Nov. mari possit, ideo inter Regem Christianissimum, Imperatorem, Imperium & Domum Austriacam, consensu, consilio & voluntate Electorum, Principum, Statuum Imperii pro bono Pacis conventum est.

Primo, quod Supremum Dominium, Iura Superioritatis aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Tullensem & Virodunensem urbesque cognomines, horum Episcopatum districtus, & nominatim Moyenvicum, eo modo, quo hactenus ad Romanum spectabant Imperium, in posterum ad Coronam Galliae spectare eique incorporari debeant, in perpetuum & irrevocabiliter, reservato tamen jure Metropolitano ad Archi-Episcopatum Trevirensis pertinentem. Restituatur in possessionem Episcopatus Virodunensis Dom. Franciscus Lotharingiae Dux tanquam legitimus Episcopus, & hunc Episcopatum pacifice administrare, ejusque sicuti & suarum Abbatiarum (salvo Regis & cujuscunque privati jure) nec non bonorum suorum patrimonialium, ubicunque sitorum, juribus (quatenus praedicta cessione non repugnant) privilegiis, redditibus uti frui permittatur, dummodo prius praestiterit Regi juramentum fidelitatis, nihilque moliat aduersus Suae Majestatis Regni que commoda.

Secundo, Imperator & Imperium cedunt transferuntque in Regem Christianissimum cujusque in Regno Successores, jus directi Domini Superioritatis & quodcunque aliud sibi & S. Romano Imperio hactenus in Pinoratum competeat, & competere poterat.

Tertio, Imperator pro se totaque Serenissima Domo Austriaca, itemque Imperium cedunt omnibus Juribus, Proprietatibus, Dominiis, Possessionibus ac Jurisdictionibus, quae hactenus sibi, Imperio & Familia Austriaca competeant in Oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsaciae, Suntgoviam, Praefecturamque Provinciale decem Civitatum Imperialium in Alsacia sitarum, scil. Hagenau, Colmar &c. omnes pagos & alia quaecunque Jura, quae a dicta Praefectura dependent, eaque omnia & singula, in Regem Christianissimum Regnumque Galliarum transferunt, ita tamen, ut dictum oppidum Brisacum cum villis Hochstatt, Niederimsing, Harten & Acheren ad Communitatem Civitatis Brisacensis pertinentibus, cumque omni territorio & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & Immunitatibus a Domo Austriaca antehac obtentis & impetratis: Itemque dictus Landgraviatus utriusque Alsaciae & Suntgoviae, cum etiam Praefectura Provincialis in dictas decem Civitates & Loca dependentia: Item omnes Vasalli, Landfassi, Subditi, Homines, Oppida, Castra, Villae, Arces, Sylvae, Forestae, Argenti, Auri aliorumque mineralium fodinae, flumina, rivi, pascu omniaque Jura, Regalia & appertinentia, absque ulla reservatione cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate supremoque Dominio, a modo in perpetuum ad Regem Christianissimum Coronamque Galliae pertineant, & dicta Corona incorporata intelligantur; absque Caesaris, Imperii, Domus Austriacae vel cujuscunque alterius contradictione: Adeo ut nullus omnino Imperator aut Familiae Austriacae Princeps, quicquam juris aut potestatis in his praememoratis partibus eis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore praetendere vel usurpare possit aut debeat: Sit tamen Rex obligatus in his omnibus & singulis locis Catholicam conservare Religionem, quemadmodum sub Principibus Austriacis conservata fuit, omnesque, quae durante hoc bello novitates irreperunt, remove.

Quarto, Christianissimae Majestati ejusque in Regno successoribus, de consensu Imperatoris totiusque Imperii, perpetuum jus sit tenendi praesidium in Castro Philippsburg, protectionis ergo, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui vicinis justam suspicionis causam praebere non possit, sumptibus dumtaxat Coronae Galliae sustentandum, Patere etiam debebit Regi

1647.
Nov.

gi liber transitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum, cetera omnia, quibus & quoties opus fuerit. Rex tamen præter protectionem, præsidium & transitum in dictum Castrum Philipsburg nihil ulterius prætendat: sed ipsa proprietas, omnimoda Jurisdictio, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, Jura, Regalia, Servitutes, homines, Subditi, Vasalli & quicquid omnino antiquitus ibidem & in totius Episcopatus Spirensis Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu, Episcopo & Capitulo Spirensi competeat & competere poterat, iisdem impostero quoque salva, integra & illæsa, excepto tamen jure protectionis, permaneant. Imperator, Imperium & Dominus Archi-Dux Oenipontanus Ferdinandus Carolus respectively exsolvent Ordines, Magistratus, Officiales & Subditos singularum supra dictarum Ditionum ac Locorum, vinculis & sacramentis, quibus hucusque sibi Domuique Austriacæ obstricti fuerant; eosque ad subjectionem, obedientiam & fidelitatem Regi Regnoque Galliarum præstandam remittunt obligantque. Atque ita Coronam Galliarum in plena justaque eorum superioritate & possessione constituunt; Renunciantes omnibus in ea juribus ac prætensionibus ex nunc in perpetuum. Idque pro se suisque posteris Imperator dictusque Dominus Archi-Dux ejusque frater (quatenus prædicta cessio ad ipsos pertinet) peculiari Diplomate tum ipsi confirmabunt, tum efficient, ut à Rege Hispaniarum Catholico eadem quoque renunciatio in authentica forma extradatur. Quod & Imperii totius nomine fiet, quo die subsignabitur præfens tractatus.

1647.
Nov.

Ad majorem supradictarum cessionum & alienationum validitatem Imperator & Imperium, vigore præsentis Transactionis, expresse derogant omnibus & singulis prædecessorum Imperatorum Sac. Romani Imperii Decretis, Constitutionibus, Statutis & Consuetudinibus & tam jramento firmatis aut impostero firmandis: nominatimque Capitulationi Cæsareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & Jurium Imperii prohibetur: Simulque in perpetuum excludunt omnes Exceptiones & restitutionis vias quocunque tandem jure titulove fundari possent.

Conventum est insuper, ut præter promissam hic inferius a Cæsare & Imperii Statibus Ratihabitionem, in proximis quoque Comitibus ex abundantia ratæ sint, supradictarum ditionum juriumque abalienationes.

Ac proinde si in Cæsareâ Capitulatione pactio vel in Comitibus propofitio deinceps fiat, de occupatis distractisve Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectatur aut complecti intelligatur res supra expressas: utpote ex communi Ordinum sententia pro publica tranquillitate in alterius Dominium legitime translatis. Atque easdem in hunc finem de Imperii Matricula expungi placeat.

Statim a restitutione Benfeldæ æquabuntur solo ejusdem oppidi munitiones, nec non adjacentis fortalitii Rheinaw, sicuti quoque Tabernarum Alsatia, Castri Hohenbar & Neoburgi ad Rhenum: neque in prædictis locis ullus miles præfidiarius haberi poterit.

Magistratus & Incolæ dictæ civitatis Tabernarum Neutralitatem accurate servent pateantque illi Regio militi, quoties postulatum fuerit tutus ac liber transitus.

Nullæ ad Rhenum munitiones in ceteriori ripa exstrui poterunt Basilea usque Philipsburgum, neque ullo molimine deflecti aut interverti fluminis cursus ab una alterave parte.

Quod ad æs alienum attinet, quo Camera Enfishemiana gravata est, Dominus

Zwinsten Theil.

§ 2

Dominus

1647. minus Archi-Dux Ferdinandus Carolus recipiet in se cum ea parte Provin- 1647.
 Nov. cia, quam Rex Christianissimus ei restituere debet, tertiam omnium debito-
 rum partem, sine distinctione, sive Chirographaria sive Hypothecaria sint,
 dummodo utraque sint in forma authentica, & vel specialem hypothecam
 habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel, si nullam ha-
 beant, in libellis rationariis receptorum ad Cameram Ensbemianam respon-
 dentium usque ad finem anni millesimi sexcentissimi trigesimali secundi agnita,
 atque inter debita illius recensita fuerint & pensionum annuarum solutio
 dictæ Camerae incubuerit, eamque dissolvat, Regem pro tali quota inde-
 mnem penitus præstando.

Quæ vero debita Collegiis Ordinum ex singulari per Austriacos Principes
 cum ipsis in Diæti Provincialibus inita conventionem attributa, aut ab ipsis Or-
 dinibus communi nomine contracta sunt iisque solvenda incumbunt, debet
 inter eos, qui in ditionem Regis veniunt, atque illos, qui sub Dominio Domus
 Austriacæ remanent, iniri conveniens distributio, ut unaquæque pars sciat,
 quantum sibi æris alieni dissolvendum restet.

Rex Christianissimus restituet Domui Austriacæ & in specie supradicto
 Domino Archi-Duci Ferdinando Carolo, primogenito quondam Archi-Du-
 cis Leopoldi filio, quatuor Civitates Sylvestres, Rheinfeldem, Seckingen,
 Lauffenburg & Waltshutum, cum omnibus territoriis & ballivacibus, villis,
 pagis, molendinis, sylvis, forestis, vassallis, subditis omnibusque appertinen-
 tiis cis & ultra Rhenum; Itemque Comitatum Hauenstein, Sylvam Nigram,
 totamque Superiorem & Inferiorem Brisgoviam & Civitates in ea sitas an-
 tiquo jure ad Domum Austriacam spectantes, scilicet Neuburg, Friburg, En-
 dingen, Kenzingen, Waldkirch, Villingen, Breunlingen, cum omnibus terri-
 toriis, item cum omnibus Monasteriis, Abbatibus, Prælaturis, Præposituris,
 Ordinibusque Equestribus Commendatariis, cum omnibus Ballivacibus, Ba-
 ronibus, Nobilibus, Vassallis, Hominibus, Subditis, Fluminibus, Rivis,
 Forestis, Sylvis, omnibusque Regaliis, Juribus, Jurisdictionibus, Feudis, Pa-
 tronibus, cæterisque omnibus & singulis ad sublime Territorii Jus, Patrimo-
 niumque Domus Austriacæ in toto isto tractu antiquitus spectantibus.

Totam item Ortenaviam cum Civitatibus Imperialibus Offenbourg, Gen-
 genbach & Cellam ad Ammersbach, quatenus scilicet Præfecturæ Ortenavien-
 si obnoxia sunt. Adeo ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam juris aut
 potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis ullo unquam
 tempore prætereundere vel usurpare possit vel debeat, ita tamen, ut Austriacis
 Principibus prædicta restitutione nihil novi juris acquiratur.

Libera sint in universum inter utriusque Rheni ripæ & Provinciarum
 utrinque adjacentium incolas, commercia & comæatus: Inprimis vero li-
 bera sit Rheni navigatio ac neutri parti permissum esto, naves transeuntes
 descendentes aut ascendentes impedire, detinere, arrestare quocumque præ-
 textu, sola inspectione, quæ ad perfructandas aut visitandas merces fieri
 consuevit, excepta.

Nec etiam liceat nova & insolita vectigalia, pedagia, passagia, datia aut
 alias ejusmodi exactiones, ad Rhenum imponere; sed utraque pars contenta
 maneat vectigalibus & datii ordinariis, ante hoc bellum sub Austriacorum
 gubernatione ibidem præstari solitis.

Omnes Vassalli, Landsassii, Subditi, Cives, Incolæ, quicunque cis & ultra Rhe-
 num Dn. Austriacæ subiecti erant, sicut etiam illi, qui immediate Imperio sub-
 jecti erant, vel alios Imperii Ordines ut superiores recognoscunt, non obstante
 qualicunque confiscatione, translatione, donatione, per Ducem Bernardum Vi-
 nari.

1647.
Nov.

nariensem aliosque militiae Svecicae Praefectos post occupatam Provinciam facta, perque Regem Christianissimum ratificata, aut proprio motu decreta, statim post publicatam Pacem bonis suis immobilibus & stabilibus, sive corporalia sive incorporalia sint, villis, castris, oppidis, fundis, possessionibus restitui debent, citra ullam exceptionem meliorationum, expensarum, sumptuum, compensationum, quas moderni possessores quomodolibet objicere possent, & citra restitutionem mobilium ac se moventium & fructuum perceptorum.

1647.
Nov.

Quod vero ad confiscationes rerum pondere, numero & mensura consistentium, exactiones, concussiones atque extortiones intuitu belli factas atinet, earum repetitio ad amputandas lites utrinque penitus cassata & sublata esto.

Teneatur Rex Christianissimus non solum Episcopos Argentinensem & Basileensem, sed etiam reliquos per utramque Alsatiam Romano Imperio immediate subiectos Ordines, Abbates Murbacensem & Luderensem, Abbatissam Antlaviensem, Monasterium in Valle Sancti Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzelsstein, Comites & Barones de Hanau, Fleckenstein, Oberstein, totiusque Inferioris Alsaciae Nobilitatem: Item praedictas decem Civitates Imperiales, quae Praefecturam Hagenoensem agnoscunt, in ea libertate & possessione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua haecenus gavisae sunt, relinquere: Ita ut nullam ulterius in eas regiam superioritatem praetendere possit, sed iis iuribus contentus maneat, quaecunque ad Domum Austriae spectabant, & per hunc pacificationis tractatum Coronae Galliae ceduntur. Ita tamen, ut praesenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni supremi Domini jure, quod supra concessum est.

Item Rex Christianissimus pro recompensatione partium ipsi Caesarum dicto Domino Archi-Duci Ferdinando Carolo solvi curabit tres milliones librarum Turonensium, annis proxime sequentibus, scilicet millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, quadragesimo nono, & quinquagesimo, in festo Sancti Ioannis Baptistae, quolibet anno tertiam partem in moneta bona & proba Basileae ad manus Domini Archi-Ducis ejusve Deputatorum.

Praeter dictam pecuniae quantitatem Rex Christianissimus tenebitur in se recipere duas tertias debitorum Camerae Ensisheimianae, sine distinctione, sive Hypothecaria sive Chirographaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas sive in restituendas, vel si nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Camerae Ensisheimianam respondentium usque ad finem anni millesimi sexcentissimi trigesimali secundi agnita, atque inter credita & debita illius recensita fuerint & pensionum annuarum solutio dictae Camerae incubuerit, easque dissolvat Archi-Duci pro tali quota penitus indemnem praestando. Utque id aequius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commissarii statim a subscripto Tractatu Pacis, qui ante primae pensionis solutionem convenient, quarum nomina utrique parti expungenda erunt.

Sequentes
Articuli non
sunt in Exem-
plaribus ut-
rinque ex-
traditis &
subsignatis.

„Ut autem pacis hujus stabilitati ac diuturnitati melius consulatur; Ideo conventum est, ne exteris sese bellis porro adjungat Imperator, neve ullo nec Imperii nec ditionum suarum haereditariarum milite, aut alio quovis modo, Duci Lotharingiae Carolo ejusque Haereditibus ac Successoribus adversus Regem Christianissimum directe vel indirecte assistat. Poterit tamen Carolus Dux Ministros suos ad Regiam Majestatem delegare, quibuscum gratiose intuitu Caesaris agetur super executione Tractatum cum ipso antehac initorum.

Idem quoque ab Imperatore, qua est Imperator, servabitur ratione Regis

1647.
Nov.

gis Catholici, neque ullas usquam ipsi contra Regem Christianissimum directe vel indirecte suppetias feret, si Pax Hispanica pari (quod longe satius foret) passu concludi non poterit. Utrum vero plus Cæsari tanquam Archiduci Austriae licere debeat, id quidem pernegant Gallici Plenipotentarii, quoniam Christianissimus Rex & cum Imperatore & cum Archiduce indivisam constituit pacem: ne talem sibi sub quacunque persona facultatem reservat submitendi auxilia iis Principibus aut Statibus, qui Provincias Cæsareas Hereditarias post Pacem conclusam invaderent: attamen an id aliquatenus admitti quaque via aut reciproca pactione temperari fas esset, idem Gallia Plenipotentarii, ut omnem longioris moræ materiam, quantum in se est præcidant, controversiam hanc arbitrio eorum Sacri Romani Imperii Electorum ac Principum, de quibus inter partes convenietur, permittunt. Curabit Rex Christianissimus præfato Domino Archiduci bona fide absque omni mora & retardatione restitui omnia & singula literaria Documenta, cujuscunque illa generis sint, quæ terras eidem restituendas concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis & Camera Enfishemianæ aut Brisaciveletiam in custodia officialium oppidorum & arcium occupatarum reperiuntur. Quod si talia Documenta sint publica, quæ cessas etiam terras pro inviso concernunt, de iis Archiduci exempla authentica, quotiescunque requisierit, edentur.

1647.
Nov.

Actum Monasterii Westphalorum die undecima Novembris Anno 1647.

In fidem & testimonium prædictorum de Mandato Legationis Gallie sigillum meum apposui propriaque manu subscripsi Monasterii Westphalorum d. 11. Novembr. 1647.

Ego *Josephus Boulanger*,
ejusdem Legationis Secretarius.

N. II.

Formula Cessionis Cæsareæ respectu Provinciarum Coronæ Gallie cessarum.

Nos FERDINANDUS hujus nominis III. Electus Romanorum Imperator, Semper Augustus (fiat totus titulus.)

N. II.
Project der
Kaiserlichen
Cession derer
an Frankreich
überlassenen
Provinzen
und Dertter.

Notum facimus omnibus & singulis præsentibus literas lecturis vel legi auditoris, aut quomodocunque infra scriptorum notitia ad ipsos pervenire poterit, quod cum ob natum in S. R. Imperio Germanicæ Nationis abhinc annis circiter viginti sex civile & internum bellum, cui deinde accesserunt exteri quoque Reges & Principes, non solum totam Germaniam verum & alias Europæ Provincias Christiani nominis, maximis calamitatibus affici contigerit, atque inter divum Patrem nostrum, Serenissimum (titulus) deinde inter Nos Sociosque nostros ab una parte & Serenissimum (titulus) post ejus è vita discessum inter modernum, sive ejus pro tempore tutricem, & Regni administratricem, ejusque confederatos & adhærentes ex altera parte, non sine multa Christiani sanguinis profusione & multorum Germaniæ Provinciarum desolatione, armis vehementer decertatum sit; tandem vero instituta ea de re, juxta Conventionem Hamburgi 15. Octobr. Anno 1641. initam, partium utrinque belligerantium Monasterii Westphalorum Congressu, post longos & laboriosos tractatus inter Nos nostramque Domum Austriaicam, tum prædictum Galliarum Regem, per nostros ab utraque parte huic Congressui desti-

1646.
Nov.

destinatos Legatos & Plenipotentarios hinc inde peractos, divina favente clementia Pax & amicitia conclusa, atque in ea Pacificatione juxta Instrumentum desuper confectum, & a Nobis Cæsareo nostro diplomate ratificatum ac confirmatum, inter coeteras condiciones hoc quoque specialiter conventum fit, quod supremum Dominium, jura Superioritatis aliaque jura in Episcopatum Metensem, Tullensem & Virodunensum, urbesque cognomines, horumque Episcopatum districtus, & nominatim Moyenvicum, item in oppidum & fortalicium Brisacum, Landgraviatum Alsatiae Superioris & Inferioris, Sundgoviam ac denique in Pinarolum, eo modo, quo hactenus ad Romanum Imperium spectabant, imposterum ad Coronam Galliae spectare eique incorporari debeant in perpetuum & irrevocabiliter. Ideo Nos a parte nostra & Imperii huic conditioni sic inter Nos convenit plene & perfecte satisfacere volentes, ex certa nostra scientia, & de consensu, consilio & voluntate Electorum, Principum & Statuum Imperii, virtute praesentium, pro bono Pacis, transferimus ac designamus in dictum Regem Franciae, Dominum Ludovicum XIV. ejusque omnes & singulos in Regno Franciae Successores, omni meliori modo & absque omni limitatione, restrictione aut reservatione, Supremum & Directum Dominium, juraque Superioritatis Imperialis, aliaque omnia, quae Nobis & Imperio in Episcopatus Metensem, Tullensem, & Virodunensem, urbesque Metim, Tullum & Virodunum, horumque Episcopatum Districtus, & nominatim Moyenvicum, tum deinde in Pinarolum, item in Brisacum oppidum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsatiae, atque Sundgoviam cis & ultra Rhenum competebant, ita ut haec omnia & singula jura imposterum eo modo, quo hactenus ad Nos & Romanum spectabant Imperium, ad Regem Christianissimum & Coronam Galliae spectare eique incorporari debeant, horumque Episcopatum Status & Ordines (salvis tamen qui excepti & Imperio Rom. reservati sunt) porro inter Status & Ordines ac Vafallos, Subditosque Franciae connumerare, ab iis homagia & fidelitatis juraamenta recipere praestationesque solitas exigere, omnemque Supremam & Regiam Jurisdictionem in eosdem exercere possit & valeat, citra nostrum & nostrorum in Imperio Successorum, aut cujuscunque alterius, impedimentum aut contradictionem. Nos enim omnibus juribus, actionibus & regaliis, quae in praedictos Episcopatus, Provincias, oppida & fortalitia ante hac Nos & praedecessores nostri quomodocunque habuimus aut habere potuimus, plenissime & perfectissime scienter & volenter ab hinc in perpetuum renunciamus, atque tres istos Episcopatus eorumque Episcopos praesentes & futuros, Civitates Metim, Tullum & Virodunum, itemque Moyenvicum, Pinarolum, & Provincias Alsatiam utramque, Sundgoviam & oppidum Brisacum, omnesque eorum Cives, incolae, Vafallos, subditos, omni juramento, homagio, fidelitate & obligatione, quibus hucusque Nobis & Sacro Romano Imperio mediate vel immediate devincti erant, absolvimus, liberamus, atque exoneramus, declaramus; volentes & consentientes, ut omnes & singuli directores Episcopatum, Provinciarum ac Civitatum Episcopi, vafallici, subditi, cives et incolae, deinceps Domino Regi Christianissimo ejusque in Regno Successoribus pareant, convenientia fidelitatis sacramenta & homagia dicant, coeteraque omnia & singula praestent, quae hactenus Nobis & Imperio Romano praestanda de jure & consuetudine tenebantur. eorundemque Imperii Statuum consilio, consensu & voluntate derogamus omnibus & singulis praedecessorum nostrorum Sacrique Romani Imperii Decretis, Constitutionibus, Statutis & Consuetudinibus, etiam juramento firmatis, nominatimque Capitulationi Cæsareae, quatenus alienatio omnimoda bonorum & jurium Imperii prohibentur, simulque in perpetuum excludimus omnes exceptionis & restitutionis vias, quocunque tandem jure titulove fundari possent. In hujus igitur cessionis, renunciationis, transactionis & resignationis, sic ut praemissum est, factae plenius robur, testimonium & fidem, sigillum nostrum Cæsareum majus huic Diplomati appendi fecimus.

Et

1647.
Nov.

1647.
Nov.

Et nos Sacri Romani Imperii Electorum Deputati, Consilarii, Principes & Ordines hic praesentes atque absentium Principum & Ordinum Deputati, Nuncii & Mandatarii infra scripti, fatemur & attestamus virtute praesentium literarum, quod praemissa cessio, renunciatio, translatio & resignatio, cum bona dictorum Electorum nostraque & absentium Principum atque Ordinum voluntate, praescitu & consilio facta, perfecta & conclusa fuerit, in quam etiam ex nostra & illorum parte consentimus, & per omnia ratam habemus ex virtute Mandatorum nostrorum firmum inviolatamque firmatum iri promittimus, recipientes insuper, fore, ut ex abundantia in proximis quoque Imperii Comitibus ratae sint dictarum ditionum juriumque alienationes, ac proinde si in Casarea Capitulatione pactio, vel in Comitibus propositio deinceps fiat, de occupatis distractisve Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectetur aut complecti intelligetur res supra expressas, utpote ex communi Ordinum sententia pro publica tranquillitate, accedente etiam titulo oneroso (ut in tractatu videre est) in alterius dominium legitime translatae &c.

1647.
Nov.

(Inferantur subscribentium nomina)

Actum Monasterii Westphalorum, die . . . mense . . . Anno Domini . . .

In fidem & testimonium praedictorum de mandato Legationis Casareae sigillum meum apposui proprioque manu subscripsi Monasterii Westphalorum die 11. Novembris Anno 1647.

Ego Mathias Geick
Secretarius.

§. IV.

Der Stadt
Strasburg
und 10. Elsa-
sischen Reichs-
Städte Vor-
stellung we-
gen ihrer Im-
mediatät.

Und damit blieb diese Sache eins weils in Ruhe, bis im Monath April, 1648. der Französische Ambassadeur, Servien, verlangte, daß die Französische Satisfaction, ebenfalls wie andere Satisfactions-Puncten, von denen Kayserlichen und Schwedischen Gesandten, ingleichen von denen Reichs-Ständen selbst unterschrieben werden sollten: welches aber aus der Ursache einen Anstand fand, weil die Stadt Strasburg, und die zehen Ueber-Rheinische Elsaßische Frey- und

Reichs-Städte schon ehehin, wegen Erhaltung ihrer Reichs-Unmittelbarkeit, sich gemeldet hatten, wovon im Vierden Theil XXXI. Buch §. IX. X. und XI. Erwähnung geschehen, dieselbe auch, nach denen sub N. I. & II. hier anliegenden Memorialien, solchen Puncts halber, wiederholte Vorstellung thaten, auch sonst im übrigen der Punct wegen Pochringen mit den Franzosen noch nicht regulirt war.

N. I.

Dict. d. 22. April 1648.
sub Dir. Mogunt.

Memorial, der Stadt Strasburg Desideria betreffend.

Es kommet des heiligen Römischen Reichs Freyen Stadt Strasburg etwas nachdenklich und beschwerlich vor, daß in dem Französichen Instrumento Pacis s. Teneatur Rex Christianissimus &c. bey Enumeration und Benambsung etlicher in Ober- und

1648
April.

und Unter-Elsäß gelegener Stände, sie wieder alles Verhoffen und erhaltene gute Vertröstungen mit Stillschweigen libergangen und ausgelassen worden. Zwar wann es bey anfänglich gesetzten general-Worten, omnes atque singulos Imperii Romani Ordines ac Status per utramque Alsatiā, nemine excepto &c. geblieben wäre, oder noch dahin gerichtet würde, wie der sämtlichen Stände des Reichs im Sept. nächsthin ertheiltes und von Ihrer Kayserlichen Majestät applacirtes Gutachten, §. Schließlichen und nachdem r. an Hand gegeben, konte sie es auch ihres Theils wohl dabey bewenden lassen.

1648.
April.

Nachdem aber die Gedancken bey einem und dem andern über kurz oder lang entstehen möchten, ob wäre durch dafelbsten folgende Specification etlicher Stände im Elsäß, vorgehende Generalitas verborum dergestalt restringirt und eingeengt worden, daß, wer darunter mit Rahmen nicht begriffen, derselbe sich auch der Franckbischen Superiorität nicht entbrechen und erwehren könnte: ex quo unius inclusio, alterius solet esse exclusio: als causiret solche præteritio nicht unbilliges Nachdenken, ob vielleicht ein solcher oder anderer widriger Verstand darunter verborgen liegen möchte. Welcher Verdacht dann sich noch mehrers häuffen würde, wann man das Werck auf solche Weise, dabey ein jeder Stand im Elsäß seiner Immediat, Rechten und Gerechtigkeiten gesichert bleiben kan, zu incaminiren, fernere Difficultäten wieder Verhoffen machen wolte.

Dann wann bey Auslassung der Stadt Straßburg keine Intention, derselben einige Gefahr, Disputen oder andere Ungelegenheiten dardurch zuzuziehen, oder nach geschlossenen Frieden vomitem novi belli in der Aschen zu erhalten, mit untergeloßet ist; So kan derselben Inferitio und Benahmung nullo negotio nachgebracht und weder von einem noch dem andern Theil difficultirt werden. Solte es sich aber wieder Zuversicht andersi damit verhalten, wäre sie desto weniger zu verdencken, daß sie ihrer Securität sowol wahrzunehmen begehrte, als andern ihren Mit-Ständen in dem Elsäß bereits prospiciret ist, bevorab weils gegen ihro, als einen unzweifelhaften Stand des Elsaßes, ein gleiches ex identitate juris & rationis von Anfang stracks hätte geschehen sollen, zumahlen indem die End-Ursach, um deren willen andern per specialem expressionem vorgesehen worden (damit nemlich der Landgraviatus Alsatiæ nicht itgend zu weit hiernächst gesucht, noch ex districtu ein jus Superioritatis auf die eximirte Stände præterdiret werden möge) auf Straßburg sich eben so wohl erstreckt, und kein Unterschied zu finden ist, warum die Crone Frankreich auf einen Elsäßischen Stand nicht so viel als den andern zu præterdiren, sich anmassen dürffte. Die dies Orts benannte und eximirte Stände sind in vorhergehendem Paragrapho tertio: Imperator &c. unter den specificirten Stücken, welche der Crone Frankreich cediret und libergaben werden, auch nicht begriffen, vielweniger des Reichs oder Hauses Oesterreich freyes Eigenthum, damit sie nach Belieben disponiren und gebähren könnten, nichts destoweniger aber in mehr allegirtem §. Teneatur Rex Christianissimus &c. mit Rahmen ausgezogen. Zemehr man sich nun zu befahren hat, daß einigem Stand des Elsaßes, unangesehen er zu dem Landgraviatu Alsatiæ von unerdenklichen Jahren hero nie gehdrig gewesen, an feinen Rechten und Gerechtigkeiten Abbruch, Eintrag oder Hinderniß geschehen möchte: je grössere Vorsichtigkeit, Sorgfalt und Erläuterung ist hiebey donndrhen, damit alle occasiones disputandi, welche gemeiniglich über die Jurisdiction zu entstehen und die Benachbahrtten in Harnisch zu bringen pflegen, so viel immer möglich in Zeiten præscindiret, keine materia litis zurück gelassen und gefolglich das Römische Reich vor fernerer Zergliederung salviret werden möge.

Wann dann die Satisfactio Gallica mit Consens, Rath und Verwilligung der sämtlichen Chur-Fürsten und Stände des Reichs noch nicht geschlossen und verglichen: obangeregtes Reichs-Bedencken auch unter andern dahin ausdrücklich gehet, daß neben dem Bisthum Straßburg, auch andern Ständen und Gliedern des Reichs ihre in der Landgrafschaft Elsaß und der Enden habenden Immediatäten, Recht und Gerechtigkeiten

Fünffter Theil.

J

keiten

1648.
April.

keiten billig vorbehalten bleiben sollen; Als wird im Nahmen der Stadt Straßburg zum fleißigsten hiemit gebethen, es gesamter Hand dahin helfen zu vermitteln, das bey Real- fumtion und vollständiger Abhandlung der Französischen Satisfactions-Tractaten, es entweder bey der zu Anfang desselben §. gesetzten Generalität, dem Reichs-Concluso gemäß, gelassen, oder die unvollkommene Specificatio der Elsäzischen Stände sup- pliret, gefolglich auch die Stadt Straßburg conveniente loco auf nachgesetzte ohnge- fährliche und ohnmaßgebliche Weise mit Nahmen inferiret und genennet werde: Te- neatur Rex Christianissimus omnes atque singulos Romani Imperii Ordines ac Status per utramque Alsaciam, nemine excepto, adeoque inter eos quoque Episcopos Argentinensem & Basileensem, Abbatissam Andlaviensem, Mo- nasterium in valle St. Gregorii, Benedictini Ordinis, Palatinos de Lüzelstein; Comites de Hanau, Wild- und Rhein-Grafen, Leiningen, Dachsburg und Ri- pingen, Oberstein, Barones de Fleckenstein, Liberam Imperii Civitatem Argen- tinensem, cum decem illis Civitatibus Imperialibus, Hagenau, Colmar &c. quæ Præfecturam Hagensem tanquam Procuratorem Cæsaris, certis condi- tionibus quondam agnoverunt: nec non totius Inferioris Alsaciæ Nobilita- tem &c. in ea libertate & possessione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua multis retro Seculis gavisum sunt, relinquere, nec ullam in eos Superiorita- tem prætendat, sed iis iuribus contentus maneat, quæ ad Domum Austriacam hactenus in Alsacia spectarunt, per hunc Pacificationis Tractatum vero Co- ronæ Galliæ superius concessa sunt.

1648.
April.

Nächst diesem findet sich zu End mehr angeregten §. *Tertio Imperator &c.* diese Clausula cassatoria mit eingerückt, non obstantibus illis Donationibus, Conces- sionibus, Translationibus, Venditionibus, aut aliis Alienationibus, quo- modolibet factis &c. Wann aber der Complexus horum verborum so general und weitreichend ist, daß er auch auf uhralte und lang vor Menschen Gedenden recht- mäßiger Weise beschene Alienationes extendiret, und also, was vor hundert und mehr Jahren legitimè verhandelt worden, solchergestalt refuscitiret und ansprüchlich gemacht, gefolglich dadurch sowol dem Bisthum Straßburg, als wer etwa mit demsel- ben gehandelt haben möchte, großes Præjudiz und Nachtheil zugezogen werden könnte: Als wird gleichergestalt gebeten, entweder diese Clausulam, wie in §. *Totam item Or- tenaviam &c.* geschehen, gänzlich auszulassen, oder doch wenigst die allzumeit rei- chende vim verborum in etwas zu limitiren, und auf diejenigen Alienationes, wel- che Zeit während dieses Krieges in einigerley Weise und Wege beschene seyn möchten, hoc modo zu erläutern und zu restringiren: non obstantibus ullis Donationibus, Concessionibus, Translationibus, Venditionibus aut aliis Alienationibus, durante hoc bello quomodolibet factis.

N. II.

Diß. Ohnabrück d. 21. April.
1648. sub Dir. Mogunt.

Des Heil. Römischen Reichs zehen Ueber-Rheinischer Elsäzischer Frey- und Reichs-Städte Memorial, die Conservation ihrer Reichs-Im- medietät betreffend.

Des Heil. Römischen Reichs Hochlöblicher Chur-Fürsten und Stände hochanse- hentliche vortreffliche Räte, Botschafften und Gesandte. Hochwürdigster, Hochgebohrner, gnädiger Fürst und Herr, auch Hochwürdig, Hoch- und Wohl-Edelgebohrne, Wohl-Edle, Bestrenge, Best und Hochgelahrte, Gnä- dige Grafen und Herren, auch Großgünstige Hochgeehrte Herren.

Wiewohl auf Seiten der Erbaren zehen Ueber-Rheinischer Reichs-Städte, nach ein- helli-

1648.
April.

helligem auf ihre kurze Deduction und eingebrachtes Memorial ausgeschlagen Reichs-Gutachten, man nichts minder, als daß dieselbige unter dem Nahmen der Land-Boigthey Hagenau in die Königl. Französische Satisfaktion ferners gezogen werden solten, befahret, sondern gänzlich verhoffet, es würden Ihrer Römisch-Kaiserlichen Majestät hochansehnliche Bevollmächtigte Herren-Gesandten gedachte Freye Reichs-Städte ihrer dato gleich andern Städten, ohne einige Dependenz von dem hochlöblichen Hause Oesterreich, oder sonst jemanden gehabt noch amnoch habenden und genießenden Welt-kundbaren Reichs-Immediat, auch andern ansehnlichen Freyheiten, Privilegien und Regalien nach, von der Land-Boigthey Hagenau, mit dero sie nichts zu thun / consequenter darin keinesweges gezogen werden können, separiret, allerdings ausgelesen, noch auch in einem oder andern dero Immediat-Stand, Juribus & Privilegis graviret noch beschweret haben: So hat man doch aus der den $\frac{1}{2}$ Novemb. jüngsthingelegten Jahrs zu Münster gepflogenen Satisfactions-Handlung, wieder alles Vermuthen abnehmen müssen, daß sie solche mit dunkeln und unbeschränkten Generalitäten, contra Statum suffragia eingemischer, und mit verschiedenen Versänglichkeiten besreyet werden wollen. Wann dann handgreiflich zu verspühren, daß aus so beschaffener Disposition jetzt und künftigen Irrungen und Mißverständnissen, auch besorglichen Reichs-Empdr. und Mißhellungen, und wohl gar besagter zehen Reichs-Städte und anderer Stände Immediat-Stands Verlust, auch andere Ungelegenheiten mehr leicht erfolgen möchten: Als haben Chur-Fürsten und Stände Räte, Botschaften und Gesandten wir hiemit nochmalen unterthänig, gehorsam auch dienstbestissen anzulangen nicht vorbey gemocht, Dieselbe gebührend ersuchend und bittend, Sie geruhen bey schließlicher Abhandlung Königl. Französischen Instrumenti Pacis, gnädig und großgünstig dahin zu collaboriren, daß die sogenannte Praefectura Provincialis ihrer von so viel hundert Jahren hero unveränderlichen Eigenschaften nach, recht erläutert, auf die daren gehdrige Reichs-Obrffer, als vorgewandte Oesterreichische Pfandschafften, eingeschrenket, und die Freye Unmittelbare Reichs-Städte, wegen ihrer differenten Beschaffenheit, zumahlen da etliche derselben noch im Obern- noch im Unter-Elßaß gelegen, vielweniger zu einem oder andern gehdrig, davon eximiret und schlechterdingen ausgelassen, noch mit einigem gefährlichen Anhang beeinträchtigt werden.

1648.
April.

Wie nun die Königl. Majestät und Crone Frankreich, als die vielleicht die Border-Oesterreichische Elßaßische Landschaften vom Römischen Reich jure Feudi nicht möchte recognosciren wollen, sich durch die gewöhnliche reciprocas praestationes juramentorum, Reverfales und andere hergebrachte Verbindlichkeiten, wieder sich selbst nicht vincaliren, auch die Freye Unmittelbare Reichs-Städte, kraft deren Huld und Pflichten, damit sie dem Heiligen Römischen Reich beygethan, solchermaßen bey der Posterität unverantwortlich sich nicht intriciren lassen können: Als würde man verhoffentlich so wenig des Heiligen Römischen Reichs diesfalls getragenen, von vielen Jahren hero aber verschlossenen Schutz und Schirm, der anfänglichen End-Ursachen und andern heilsamen Verfassungen zuwider, fremder Macht, zu Verkleinerung des Reichs, auftragen, oder sub specie emolumenti alicujus Domus Aulicae, die recognitionem Praefecturae Provincialis auf die jährliche Reichs-Steuer, oder übrige Kaiserlicher Majestät allein zuständige unveränderliche Reichs-Gefälle (welche zwar das hochlöbliche Haus Oesterreich eine Zeit hero gegen Einlieferung Kaiserlicher Majestät Quitung in dero Nahmen erheben lassen) dem klaren Inhalt Caroli IV. von Anno 1347. und Sigismundi von Anno 1414. in Deductione Lit. G. & H. seithero von Kaysern zu Kaysern bestätigten und von jedwedem Land Boigten mit leiblichem Eyd und geschwornen Reverfalen steiff und fest zu halten, zugesagt- und versprochenen Privilegien, ja nicht jetzt allererst extindiren werden, und die Stände des Reichs unndstiger Dingen von seinem Corpore gleichsam detrunciren, oder anderer Gewalt Tributarios machen können noch wollen. Deme durch die in der Chur-Fürsten und Stände Gutachten angeregte der Land-Boigthey verpfändten Dorffschafften Separation von den zehen Erbaren Reichs-Städten, als die juxta juratam & propriam confessionem Praefectorum, mit vorgewandter Pfandschafft jemahlen etwas verwandt oder Gemein-
Fünftes Theil. 2 schaffe

1648.
April.

schaft gehabt, oder annoch haben, und dann vermittelst des Unterschieds desjenigen, was einem hochlöblichen Hause Oesterreich, intuitu erstgedachter Reichs-Pfandschaft, hæreditarie oder als einem Kayserlichen Commissario absonderlich & personaliter zugestanden, ohnschwer mag abgeholfen werden. Hiedurch wird vielen sonst unausbleiblichen Inconvenientien begegnet, des Heiligen Reichs rühmliche Harmonie, auch wir unsern wenigen Orts bey unsern so theuer erworbenen Rechten und Freyheiten erhalten.

1648.
April.

Welches gegen Ihre Kdmisch-Kayserliche Majestät, unsern allergnädigsten Herrn, auch Chur-Fürsten und Mit-Stände, wie auch Ew. Fürstlichen und Gräfl. Gnad. Gnäd. gnädigen und Großgünstigen Herren Dero Rätthe, Botschafften und Gesandten wir allerunterthänigst, unterthänigst und respective unterthänig und beflissen aller Begebenheiten zu demeriren, uns immerdar schuldigst erkennen und ersünden lassen werden. Dieselbe hiemit dem grundgütigen Gott ic.

Ew. Fürstlichen und Gräfl. Gnad. Gnäd.
gnädigen und großgünstigen Herren

Unterthänig-gehorsamste, gehor-
same, dienstgeflissene

Städte, Bürgermeister und Rätthe des
Heil. Kdmischen Reichs Cammerer und
Stadt Hagenau, Collmar, Schlett-
stadt, Weissenburg, Landau, Ober-
Ehenheim, Kayfersberg, Münster
in St. Gregorien Thal, Rosheim und
Thüringheim.

S. V.

Die Fran-
osen wollen
Elsaß als ein
Reichs-Lehen
haben.

Weil nun Elsaß das vornehmste Stück der Französischen Satisfaktion ausmachte; so gaben die Franosen zu verstehen, es wolle die Cron Franckreich solches Land, in der Qualität eines Reichs-Lehens besitzen, um die Ehre zu haben, ein Mit-Stand und Glied des Deutschen Reichs zu seyn. Zwar waren die Französische Ambassadeurs anfänglich über diese Frage selbst nicht einig, indeme der Duc de Longueville solche vor indifferent hielte, der Comte d'Avaux aber die affirmativam, Servien hingegen die negativam behauptete: biß sie endlich über die Affirmativam einig wurden, auch zu Münster verschiedene Catholische Stände auf ihre Seite brachten, welche davor hielten, daß,

gleichwie die Evangelischen durch accessi-
on der Cron Schweden, einen König in
den Fürsten Rath bekämen, also wäre es
auch von den Catholischen, ratione Franck-
reich nicht auszuschlagen. Die Kayser-
liche Gesandten hingegen hielten es vor
ganz unthunlich, weil Elsaß nunmehr in
die 600. Jahr unter dem Hause Oester-
reich, absque singulari Sessione & Vo-
to gewesen sey, und finde sich in den Reichs-
Protoeollis diesfalls keine Nachricht; wür-
de auch darüber viel Streit und Verzögerung entstehen. Jedoch kamen unter der
Hand, nachgesetzte Rationes sub N. I.
zum Vorschein, weswegen Elsaß vom
Reich nicht gänzlich ab zu ziehen sey.

Ursachen,
weswegen El-
saß nicht
gänzlich vom
Reich zu se-
pariren.

N. I.

1648.
April.

N. I.

1648.
April.*Præsent. 23. Aprilis,
1648. Osnabrugis.**Rationes, quibus contenditur, Alsatiam non prorsus & plane ab Imperio Romano-Germanico separandam esse.*

1.) Alsatiam, nec non alias Provincias, Coronæ Gallia a Domo Austriaca cessas esse & fuisse Membrum, imo ex parte, Patrimonium, non Austria, sed Imperii, ejusque oneribus & honoribus subjecta, extra controversiam est positum.

2.) Unde sequitur, corpus suis membris mutilum, deformitatem non modo, sed & debilitatem contrahere, quod nemo facile admittit.

3.) Eoque ipso portionem onerum jam olim hisce partibus impositam, reliquis accrescere, earumque conditionem duriorē & deteriore reddi.

4.) Cum primis vero non nihil de exemptione hac conqueruntur ii, qui immediate sub Imperii jurisdictione & in statu suo permanentes, modo dictis Provinciis intermissi sunt: dum Causas, Actiones, Commercia, quæ sibi olim cum concivibus intercesserunt, jam cum extraneis quasi pertractare, jusque sibi ab anteriore diversum dici, perpeti coguntur.

5.) Estque & in hoc non nihil difficultatis, quod tam mododicti, quam alii remotiores Imperii Status, cum concivibus, amicitia & nexu semper strictiori junguntur, cum eos eadem continet obligatio tam circa onera quam commoda.

6.) Quod si Fœdera pangenda, auxilia ferenda &c. minus id alit querimoniam rationabilis, si adversariis prætextus amputetur, hæc per Non-Cives, aut cum Non-Civibus, ad quos res hæc nec pertineat, & quorum non interfit, agitari.

7.) Quantum securitatis, tam Coronæ quam Statibus sit accessurum, si Corona Comitibus tam Universalibus quam Particularibus, toties quoties interesseret, cum reliquis Statibus, seu Capitis seu Membrorum, non nunquam emergentes cupiditates sequiores, interverteret & amputaret, quilibet facile comprehenderit, id quod aliter secundum proverbium: *Hec nihil ad te; aut: culpa non caret, cum negotio ad te non pertinenti te immisceas*, effectum fortiri non poterit.

8.) Promisit Corona, casu necessitatis, & Turca irrumpente, subsidiarum non nihil conferre. Compertum autem est, Cæsares æris egentes, prætextu hoc, Statibus multoties imposuisse; id quod Corona evenire non minus evitare poterit, quam ubi Statibus juncta fuerit.

9.) Dubium non est, Austriam Burgundiones Imperio intrusisse, ut, quæ inibi agerentur, Hispanis innotescerent, iique hoc velo multa obtegere obtinereque possent; num eadem ratio Gallis proficua an noxia esse possit, ipsimet conjiciant.

10.) Quæ Moguntinus Præsul, tempore Electionis Caroli V. Imperatoris ex Lege Aureæ Bullæ, Germanum asserendo Gallum protulit, extra considerationem non cadunt.

¶ 3

Summa